# INDEX MATERIARUM QUAE IN HOC SECUNDO VOLUMINE CONTINENTUR


## A

### ABBATISSA

Honorifica Abbatissæ appellatio maternam erga filios pietatem significat Constit. 191 §. 4. . . . . . . . pag. 72
Baculum quod Abbatissæ gestant exprimit mansuetudinem, temperatam cum animadversionis severitate §. eod. . . . » ibid.
Annulus qui digito imponitur, designat beatissimam illam, et sempiternam charitatis conjunctionem cum divino sponso Jesu Christo §. eod. . . » ibid.

### ALTERNATIVA IN COLLATIONE BENEFICIORUM

Vide *Romanus Pontifex. Regnum Poloniæ. Archiepiscopus Gnesnensis.*

### APPARITORES

Vide *Sardiniæ Regnum.*

### APPELLATIO

Cuncta quæ ad Appellationes pertinent a judiciis Episcoporum collegit Benedictus XIV. constitutione sua III. Kal. Aprilis MDCCXLII. memorata in Constit. hac. 160 §. 2. . » 22

### ARCHICONFRATERNITAS S. CATHARINÆ SENENSIS DE URBE

Antiquum indultum liberandi, quotannis unum reum ab ultimo supplicio comemoratur, indultumque fuisse deperditum exponitur Const. 119 §. 1. pag. 120
Supra relatum indultum Pontifex confirmat, et quatenus opus sit, de novo concedit §. 2. » 121

### ARCHIEPISCOPUS CALARITANUS

Vide *Diœcesis Calaritana. Universitas studiorum in Civitate Caliaris.*

### ARCHIEPISCOPUS COLONIENSIS

Archiepiscopus Coloniensis, Parocho Kerpensi prohibuit, in questionem quam habebat cum indigeno Coloniensi, ne adiret Ecclesiasticam curiam, insuperque sacris interdixit Const. 171 §. 1. . . . . . . » 43
Ex quo factum fuit ut plurima orirentur scandala, in Ecclesiasticæ disciplinæ detrimentum §. eod. . . . . . » ibid.
Hinc Pontifex suam Apostolicam impendit operam, ut suborta hæc dissidia inter præfatum Parochum, et Archiepiscopum conciliarentur, atque ille a censuris absolveretur §. 2. . » ibid.
Deinde vero Imperatricis Reginæ postulavit auxilium, ad hoc ut, quæ vetus discordia ever-

terat, componerentur, restituta Episcopali, jurisdictione Coloniensi, erga Clerum Kerpensem §. 3. . . . . . . pag. 43

ARCHIEPISCOPUS FERRARIENSIS

Benedictus XIV. libero commercio prospexit Status Ecclasiastici, et adsportationi extra Statum prædictum earum rerum quæ in dicto libero commercio includebantur. Const. 260 §. 1. . . . . . . . . . . » 215
Recensentur Pontificis hujus sanctiones, pro iis qui privilegio extractionis liberæ pollebant, et pro removendis in proposita re abusibus §. 2. . . » ibid.
Specialis habetur mentio privilegii indulti super hac extractione libera, sub nonnullis tamen legibus favore Militaris Ordinis S. Joannis Hierosolymitani §. 3. . . . . . . » ibid.
Et Mensa Archiepiscopalis Ferrariensis pollebat privilegio liberæ extractionis, quod tamen confirmari neglexit post Benedictinas in id evulgatas Constitutiones §. 4. . . . . . » 216
Hinc Ferrariensis Archiepiscopus privilegii extractionis confirmationem, tamquam titulo oneroso acquisiti, postulavit, §. 5. . . . . . . . . . . » ibid.
Pontifex, recognito titulo oneroso acquisitionis, privilegium prædictæ liberæ extractionis, confirmavit, peculiaresque observandas normas præscripsit §. 6. . . . . . . . . . . » ibid.
Voluit autem Pontifex, ut tali extractionis privilegio locus esse minime posset intra integrum trium Mensium spatium, in quo ex Benedictina constitutione, exportatio quævis extra Provinciam, seu Legationem, in qua segetes colliguntur, interdicitur §. 7. . . . . . » 217
Itemque exclusit ab privilegii exercitio illos annos, et tempestates, in quibus extrahendarum rerum inopia, et penuria in Statu Ecclesiastico viget §. eod. . . . . . . » ibid.

ARCHIEPISCOPUS GENUENSIS

Dolet, quod Senatus Genuensis, cæteroquin veteris pietatis, arbitrarie expulserit ex omni Reipublicæ ditione Religiosos viros Ordinis Servorum Beatæ Mariæ Epist. 379. §. 2. pag. 417
Summa redolet injustitia, pœna eum plecti, qui culpa vacat §. 2.. . . . . . . . » 418
Pontifex nil omissurum declarat quod ad utilitatem vergat populorum, spiritualibus adjumentis a laica potestate destitutorum §. 3. . . . . . . » ibid.
Potius quam clavium uti potestate contra devios filios, Pontifex implorat, ut Deus ab inobedientium oculis caliginem removeat §. 4. . . . . . . » ibid.
Archiepiscopum hunc, aliosque per Genuensis Reipublicæ ditionem Episcopos hortatur, ut Jus, et decus Sanctuarii vindicent §. 5. . . . . . . » ibid.

ARCHIEPISCOPUS GNESNENSIS

Hujus Archiepiscopi observantiam, et egregiam devotionem erga Sanctam Sedem comendat Epist. 309 §. 1. . . » 296
Eumdem certiorem facit, in alternativa Beneficiorum collatione in Poloniæ Regno, se nihil innovaturum Constitutionibus Leonis X, et Clementis VIII. §. 2. . . . . . . » ibid.

ARCHIEPISCOPUS ISPALENSIS

Hujus Archiepiscopi Religionem, et Sanctæ Sedi observantiam comendat Epist. 332. §. 1. » 331
Eidemque demonstrat, pragmaticas in Hispanicis Regnis introductas, queis Pontificiæ sancitones ad Laicorum examen ablegantur, Religionis eversivas esse §. 2. . . . . . » ibid.
Adeoque ab eodem postulat, ut Catholicum Regem a pravis amoveat consiliis, eique rectam viam ostendat §. 3. . » ibid.
Supplicaverat Archiepiscopus hic Sanctam Sedem pro festorum dierum reductione, ad reparandas calamitates, et angustias quibus Diœcesani illi gravabantur Const. 408 §. 2. » 453
Petitæ reductioni assensum præbuit Pontifex, specialibus designatis diebus, in quibus præceptum integre servandum es-

set, firma in redactis festivitatibus obligatione, audiendi missam §. 3. . . . . . . pag. 453

ARCHIEPISCOPUS MOGUNTINUS

Probat Pontifex quidquid Moguntinus Archiepiscopus perscripserat, scilicet ferendum non esse, Ecclesiastica perturbari judicia, et clericorum causas ad laicale forum traduci Epist. 325 §. 1. . . . . . . . » 322
Adeoque causam ipsius Archiepiscopi cum Capitulo Spirensi, evocari ab aulico Imperialio consilio Pontifex promittit §. 2. . . . . . . . . . . » ibid.
At sinere non posse subdit, ut ea ab Romana Curia iterum ad Moguntinam deferatur §. eod. . . . . . . . . . » ibid.
Se assensiisse Pontifex significat ut S. R. I. Electores Francofurti ad Mænum convocandi, ad electionem procedant Josephi Austriæ Archiducis in Romanorum Regem futurum Imperatorem Epist. 396 §. unic. » 436
Ut autem futurarum perturbationum occasio quævis tollatur, indulget Pontifex ut nominatio valida censeri debeat, etiamsi ad eam cum Catholicis Principibus Electoribus, Acatholici etiam intervenerint §. eod. . . . . . . . . . » ibid.
Nec non impedimento esse non posse declarat, peragendæ electionis validitati, quod Franciscus eligendi Josephi Archiducis Pater, nondum fuerit in Imperatorem choronatus. §. eod. . . . . . . . . . » ibid.
Indigitat Pontifex huic Archiepiscopo, quibus malis artibus auctor libri, cui nomen appositum Justini Febronii, studeat insinuare, se Catholicam Religionem defendere Epist. 406 §. 1. . . . . . . . . » 451
Adeoque valde interesse, librum hunc jam a Sancta Sede proscriptum, a quacumque Diœcesi eliminare §. 2. . . . . » ibid.

ARCHIEPISCOPUS PARISIENSIS

Causas persequutionis hujus Archiepiscopi denumerat, ejusque laudat constantiam, propter injustam illius expulsionem e sua Diœcesi, laicis id imperantibus Magistratibus, Epist. 401. §. 1. . . . . . . pag. 444
Consolatur eum ex Francorum Regis pietate, qui emollire quodammodo studuit ejus ab Archiepiscopali Sede expulsionem §. 2. . . . . . . . . . » 445
Tandem Apostolicæ Sedis auxilium promittit, ad hoc ut ab persequutione celerius liberetur. . . . . . . . . . . » ibid.

ARCHIEPISCOPUS POLOCENSIS

Archiepiscopum certiorem facit Pontifex de Epistola Poloniæ Regi perscripta ad impediendum, ne aliquid agatur nomine Mokilowiensis Ecclesiæ, in præjudicium Polocensis. Epist. 323. §. 1. . . . . . . . . » 320
Eidemque insuper nunciat, se composuisse singulas controversias cum Clericis Societatis Jesu, expedivisse vero hoc super negocio literas in forma Brevis §. 2. . . . . . . . . » ibid.

ARCHIEPISCOPUS POLOKENSIS RITUS GRÆCO-RUTENORUM

Vigebat multis ab hinc annis controversia judicialis in Sacro Auditorio inter Archiepiscopum hunc, et Collegium Polokense Societatis Jesu super donatione, a Stephano Battori Poloniæ Rege, Collegio huic facta anno 1582 quorumdam bonorum pro fundatione ipsius Collegii assignatorum. Constit. 284. §. 2. . . . . . . . » 249
Ea autem controversia post diuturnam concertationem, definita remansit per completissimam remjudicatam §. eod. » ibid.
Ad quas controversias futuris etiam temporibus perpetuo præcidendas, Benedictus XIV Cardinalem deputavit, qui ineundæ concordiæ articulos designaret §. 3. . . . . . . . » ibid.
Qui Cardinalis opus explevit, vita functo Benedicto XIV, articulosque concordiæ concinnavit, quos Poloniæ Rex sua

dignus approbatione dignovit §. eod. . . . . . . . pag. 249
Clemens XIII., articulis præfatis mature examinatis, quascumque lites, et causas super memorata donatione in statu, et terminis ad se avocavit, et sic avocatas perpetuo suppressit, et extinxit §. 4. . . . . » ibid.
Insuperque donationem ut supra, a Stephano Poloniæ Rege factam, et a quamplurimis Sacræ Rotæ Decisionibus approbatam, confirmavit, bonaque sic donata, Collegiumque Polokense sub Sanctæ Sedis protectione recepit §. eod. . . . » 250
Partes item contendentes vicissim ab expensis liberavit, illasque a quavis attentatorum, et damnorum sarcitione exemit §.5. » ibid.
Apostolico tandem Nuncio comisit, ut terminos, intra triennium, in agris controversis apponi curaret §. 6. . . . » ibid.

### ARCHIEPISCOPUS PRAGENSIS

Exponitur controversia exorta inter Collegiatam Ecclesiam Sancti Petri Viscehradensem, et Archiepiscopum Pragensem. Constit. 337. §. 1. . . . . . . . » 336
Ad quas dirimendas controversias, Archiepiscopus hic, Sanctæ Sedis auctoritatem imploravit §. 2. . . . . . . . . . » 337
Pontifex, requisito prius voto Sacræ Congregationis Concilii Tridentini interpretis, deinde illius judicio controversias ipsas supposuit §. 3. . . . . » ibid.
Quæ Sacra Congregatio declaravit, privilegia a Bonifacio IX concessa Capitulo Viscehradensi, super exemptione ab Ecclesia Pragensi, revocata fuisse §. 4. » ibid.
Hanc autem Sacræ Congregationis resolutionem Pontifex confirmavit, et observari mandavit §. 5. . . . . . . . . » ibid.

### ARCHIEPISCOPUS TAURINENSIS

Gratias agit Pontifex, quod Archiepiscopus hic gratulatus erga Sanctam Sedem fuerit de suppressis in Hispanicis Regnis pragmaticis illis, quibus Ecclesiæ libertati, et ejusdem Sanctæ Sedis dignitati, injuria afferebatur. Epist. 374. §. unic. pag. 408

### ARCHIEPISCOPUS TOLETANUS

Suum mærorem Pontifex exprimit, quod in Toletana Diœcesi jejunium pervigilii S. Mathiæ Apostoli in proxime antecedens qninquagesimæ Sabathum, Episcopali tantum auctoritate transtulerit. Epist. 269. §. 1. . » 226
Idque potissimum ne videretur, Ecclesiasticos ritus immutari, ob Baccanalium turbas, quas impia superstitio invexit, et quas si nondum abolevit, attamen purissima Christi sponsa detestatur §. eod. . . . . » ibid.
Solo Romano Pontifici pertinet, jejunium in Ecclesia universa receptum, in alteram diem transferre §. eod. . . . . » ibid.
Toletanum Archiepiscopum ad observantiam erga Romanam Cathedram revocat §. 2. . . » ibid.
Excusationem ab eo recepit, pro supra relata arbitraria jejunii translatione, eumdemque obsecrat, ut conjunctim cum Apostolica Sede, in concredita sibi Ecclesia gubernanda, turbidissimis præsertim temporibus, se gerat Epist. 279. §. unic. » 242
Conqueritur, quod binæ pragmaticæ in Hispania introductæ sint, quibus supremum Pontificis judicium, laicis potestatibus subijcitur. Epist. 351. §. 1. » 330
Quæ eo pacto evenere, quia Catholicæ Religioni adversantibus, intollerabilis est Romanæ Sedis constantia in Ecclesiæ juribus protuendis §. 2. . . . . » ibid.
Adoque ejusdem operam postulat, ut Catholicum Regem a pravis consiliis amoveat, et in Religionis semita contineat §. 3. » 331

### ARCHIEPISCOPUS TREVIRENSIS

Huic Archiepiscopo indultum eligibilitatis concessit Pontifex ad Ecclesiam Hildesiensem, quod prius nulli alio concedere voluit. Epist. 107. §. 1. . . . » 104
At indultum illum significavit esse debere, tamquam incitamentum ad charitatis vinculum erga Sanctam Sedem magis, magisque constringendum, et controversias dirimendas quoad Præ-

poſituram Lymburgenſem jam a Sancta Sede compoſitas §. 2. pag. 105
De geſtis a Trevirenſi Curia contra Apoſtolici Nuncii juriſdictionem jam alias cum hoc Archiepiſcopo Pontificem condoluiſſe, commemorat Epiſt. 253. §. 1. 207
At deinde novæ controverſiæ cauſæ exurgerunt ob denegatam quampluribus litigantibus facultatem appellandi ad Nuncium in ſecunda inſtantia §. 2. 208
Quæ quum contraria ſint, et Sacri Concilii Trydentini canonibus, et receptæ, obſervatæque uſque adhuc Eccleſiaſticæ diſciplinæ, et litigantium partium juribus officiant, quæ ſecundæ inſtantiæ ſic beneficio privantur §. eod. ibid.
Hinc Archiepiſcopum hunc hortatur, ut, in ſua Diœceſi, et Principatu, illata injuſte impedimenta removeat, et diſciplinam Eccleſiaſticam protueatur §. 3. ibid.
Expoſuerat Pontifici Trevirenſis Clerus gravamen, quo obſtrictus reperiebatur pro intributionibus Militaribus, in contemptum pactionum inter Clericos, et Seculares, et hac eadem de cauſa multo ære alieno præmi. Epiſt. 263. §. unic. 220
Hinc Pontifex Archiepiſcopum hunc hortatur, ut ſuum Clerum a tot anguſtiis ſublevet, et tectam ſervet Eccleſiaſticam immunitatem favore ejuſdem Cleri antiquiſſimi per univerſam Germaniam, et Catholicæ fidei addictiſſimi. §. eod. ibid.
Illius fidem, et devotionem erga Apoſtolicam Sedem comendatur. Epiſt. 362. §. unic. 387
Laudes hujus Archiepiſcopi pro nova æditione Cathechiſmi Romani, et illius diſtributione ad ſingulos Diœceſis Parochos pro erudiendo grege §. eod. ibid.

ARCHIEPISCOPUS VIENNENSIS

Archiepiſcopi hujus comendat ſtudium, quo incenditur, pro Eccleſiaſticæ, et Regularis diſciplinæ conſervatione, et tutela Religioſorum ordinum, dummodo Divinæ gloriæ, et animarum ſaluti utilem exhibeant operam Epiſt. 174. §. unic. pag. 45. Epiſt. 359. §. 1. 385
Promittit, nullam ſe habiturum deliberationem abſque Congregationis Conſiſtorialis conſilio, ſuper pacto inito inter Canonicos Regulares S. Ruffi, et Equites S. Lazzari de Religioſa eorum familia abolenda, transferendiſque bonis omnibus ad dictorum Equitum manus Epiſt. 174. §. unic. pag. 45
Pariterque ſignificat ab Clero Gallicano in Comitiis Pariſinis coadunato querelas Regi Chriſtianiſſimo delatas fuiſſe, ne Eccleſiaſticarum rerum everſionem permitteret Epiſtol. 359. §. 1. 386
Condolet inſuper pro expulſione a Gallicis Regnis Clericorum Secularium Societatis Jeſu, et damna prænunciat exinde ſocietati futura §. 2. ibid.
Hortatur propterea Archiepiſcopum hunc, ne in hac temporum iniquitate ab Eccleſia ſua oculos umquam deijciat; nam grex pauciöribus nunc cuſtodibus communitus, Diabolico impetu magis exponitur §. eod. ibid.

ARCHIOSPEDALE SANCTISSIMI SALVATORIS AD SANCTA SANCTORUM DE URBE

Vide *Carceres Urbis.*

ASYLUM ECCLESIASTICUM

Vide *Episcopus Salutiarum. Sardiniæ Regnum.*

# B

BACCANALIA

Turbæ Baccanalium, ab impura ſuperſtitione invectæ ſunt. Epiſt. 269. §. 1. 226
Quas ſi Catholica Eccleſia nondum penitus abolevit, eas tamen deteſtatur, et fletu proſequitur amariſſimo. §. eod. 227

BEATUS GREGORIUS BARBADIGUS

Venerabilis Barbadigus, Clementi XIII in Patavino Archiepiſco-

patu prædecessor fuit Const. 149. §. 1. . . . . . . pag. 201
A claris progenitum parentibus, nobilitatem generis, virtutum præstantia superavit. §. 2. . » ibid.
Clericali Militiæ adscriptus, per omnes Ecclesiasticos ordinum gradus, ad sublimem Episcopatum, et deinde ad Cardinalatus honorem pervenit, numquam humilitate, et modestia seposita §. eod. . » ibid.
Ita ut in B. Petri Cathedræ vacatione, conspirantibus Cardinalibus, ut primum ei Sacerdotium tribuerent, vim quodammodo fecit, ne invitus Pontificatum accipere cogeretur §. eod. . . . . . . » ibid.
In Pastorali munere obeundo, exemplum sibi proposuit Sancti Caroli Borromæi, cujus virtutes in se mirabiliter expressit. §. eod. . . . . . . » ibid.
Tandem bono certamine decertato, cursu consumato, a S. Congregatione Ritibus præposita, et processu rite fabricato, unanimi voto responsum est, posse Venerabilem Barbadigum in Beatorum numero accenseri §. 3. . . . » 202
Pontifex relatione sibi facta diutinus ponderata, Catholicorumque Principum precibus, aliorumque Ecclesiasticorum ordinum quampluribus receptis, divineque implorato prius auxilio, Venerabilem Barbadigum Beatorum albo adscripsit, ejusque Corpus, et Reliquias, a Fidelibus venerari posse decernit §. . . . » ibid.
Tandem illius Festum cum Officio, et Missa de comuni Confessoris Pontificis, cum Orationibus propriis celebrari posse quotannis die 18. Mensis Junii §. eod. . . . . . . » ibid.

BENEDICTIO PAPALIS

Summi Pontifices facultatem fecerant solemniter populo benedicendi nomine eorum, ut plenariam consequi posset indulgentiam, quam consequutus fuisset si adstitisset dum Pontifex ipse benedicit Const. 300 §. 2. . . . . . . . » 293
A Quo sane Pontificio indulto, plures irrepserunt abusus §. eod. ibid.
Adeoque Clemens XIII. ad eosdem abusus removendos, revocavit singula indulta, et privilegia alias concessa, solemniter nomine Pontificis populo benedicendi, salvis tantumodo privilegiis, aliquibus Ordinibus Regularibus specialiter indultis §. 3. . . . pag. 293
Deinde vero præfinivit dies, quibus concedi deinceps poterit tale indultum solemniter populo benedicendi §. 4. . » ibid.
Regularibus vero quibus privilegium conservavit, injunxit expresse, ut ritus a Benedicto XIV. hac super re constitutos, servare deberent §. 5. » 294
Tandem ritum servandum a Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, et Episcopis, in solemni hac impertienda benedictione præfinivit §. eod. » ibid.
Recensentur quæ in superiori Constitutione disposita fuerant quoad solemnem benedictionem, Pontificis nomine populo impertiendam Constit. 371. §. 2. . . . . . . . » 399
Quum vero Regulares Ordines, nulla ab Episcopo implorata licentia, facultate benedicendi populo, proprio arbitrio uterentur §. 3. . . . . . . » 400
Hinc ad talia removenda scandala, jubetur expresse, nullum Regularem Ordinem, facultate ipsa uti posse, nisi prius Ordinarii licentia in scriptis obtenta, sub suspensionis pœna §. 4. . . . . . . » ibid.

BENEFICIA ECCLESIASTICA QUOAD COLLATIONES

Vide. *Regnum Poloniæ. Romanus Pontifex.*

BIBLIOTHECA CIVITATIS VALENTIÆ

Pro Bibliothecæ custodia in Civitate Valentiæ erectæ, duo Bibliothecarii instituti sunt ex Collegio Beneficiatorum Valentinæ Cathedralis sumendi Constit. 282. §. 1. . . . . » 246
Quibus sic institutis Bibliothecariis, quo tempore in eadem Bibliotheca studiorum comodis vacarent, exemptio a servitute chori indulta fuit cum

perceptione fructuum præbendæ, ac Beneficii, prout si choro interfuissent §. eod. pag. 246
At exceptæ sunt quotidianæ distributiones, quæ relictæ fuerunt favore præsentium, et inservientium §. eod. . . » ibid.
Quum vero deinde constiterit, Beneficiorum redditus fere omnes, in quotidianis distributionibus hisce consistere, suplicatum Pontifici fuit, ut illas etiam tribuere vellet Beneficiatis a choro absentibus Bibliothecæ causa §. eod. . » ibid.
Cui postulationi obsecundavit Pontifex, exceptis tamen quotidianis illis distributionibus, quas in ultimis suis tabulis, Testatores, vere præsentibus jusserint dispertiri §. 2. . » ibid.

**BIBLIOTHECA PLACENTINA ORDINIS FRATRUM SERVORUM B.M.V.**

Vide. *Fratres Ordinis Servorum B.M.V.*

**BIBLIOTHECA VATICANA**

Multa sollicitudine Romani Pontifices pro incremento Vaticanæ Bibliothecæ studia sua direxerunt. Const. 289. §. 1. » 259
Attamen successivis etiam temporibus, novarum præbendarum ordinationum necessitas se se exhibuit §. 2. . » ibid.
Clemens XII. constitutionem ediderat, qua expresse prohibuit adsportationem librorum, cæterarumque rerum, extra Bibliothecam Vaticanam §. 3. » ibid.
Quam sane prohibitionem renovavit Clemens XIII Constitutione hac, etiam contra Bibliothecæ custodes, et scriptores, absque expressa licentia, Pontificis manu subscripta, sub excomunicationis pœna summo Pontifici reservata. §. eod. . . . . . . . . » 260
Peculiaria etiam constituit quoad electionem Scriptorum Bibliothecæ Vaticanæ §. 4. . . » ibid.
Jussit quod Custodes, atque scriptores, assiduam operam præbere teneantur in Bibliotheca §. 5. . . . . . . . . . . » ibid.
Prohibuit ne alicui, etiamsi privilegiatissimæ personæ facultas pateret legendi Codices, librosque in hac Bibliotheca asservatos, nisi accederet Pontificis indultum per Secreteriam Status elargiendum §. 6. pag. 260
Antiquæ methodus in inferiorum inservientium electione observantiam, præscripsit §. 7. » 261
Ut redditus a Paulo V. assignati pro Vaticana Bibliotheca, integre in novorum librorum emptione erogari deberent præcepit §. 8. . . . . . . » ibid.
Modum indigitavit servandum pro ocurrendis quotidianis Bibliothecæ impensis §. 9. . » ibid.
Volit, quod Palatii Apostolici Præfectus, novis perficiendis operibus incumberet §. 10 » ibid.
Peculiarem normam tradidit servandam in emptionem novorum Librorum, Codicum, atque similium pro Vaticana Bibliotheca §. 11. . . . . » ibid.
Redditaum, et expensarum rationem habendam esse triennio quovis jussit, notulamque super ipsa redditione rationis Pontifici exhibendam §. 12. » 262

*Cætera vide verbo Musæum Vaticanum.*

# C

**CAMERA APOSTOLICA**

Vide. *Reverenda Camera Apostolica*

**CANONICI REGULARES S. RUFFI**

Pactum inierant Canonici hi cum Equitibus S. Lazzari, de Religiosa eorum familia abolenda, transferendisque bonis omnibus ad ipsorum Militum manus. Epist. 174. §. Unic. . » 45
Cujus pacti exequutioni viriliter sese opposuit Viennensis Archiepiscopus §. eod. . . » ibid.
Ad cujus proinde postulationem Pontifex significat, se, circa pactum illud, nullam emissurum declarationem, nisi de consilio Congregationis Consistorialis §. eod. . . . . » ibid.
Quos sane sui animi sensus confirmavit Pontifex Episcopo Valentinensi, qui exequutioni me-

morati pacti pariter restiterat Epist. 175. §. Unic. pag. 46. Epistol. 360. §. 1. . . . . pag. 386

Vide. *Episcopus Diensis. Episcopus Tricastrinensis.*

CAPITULUM IN GENERE

Vide *Sardiniæ Regnum.*

CAPPELLANUS MAJOR EXERCITUUM HISPANIARUM

Ex speciali hujus Pontificis indulto, facultates nonnullæ Ecclesiasticæ, et spirituales erga Milites, aliasque personas Militares, concessæ fuere Cappellano Majori Exercituum Hispaniensium. Const. 404. §. 1. » 448
At deinde quum dubia fuerint submota, circa easdem facultates, Hispaniarum Rex eadem examinanda peculiari consilio supposuit §. 2. . . . . . » ibid.
Verum sensu pandito a peculiari hoc consilio, diversa fuit Catholici Regis interpetratio quoad eadem dubia §. 3. . . . » ibid.
In qua interpetrationis discrepantia, dubia submissa fuere Sanctæ Sedis examinii, atque interpetrationi §. 4. et 5. . » 449
Pontifex submissa eidem dubia declarat, et facultates Cappellani Majoris designat §. 6. . » ibid.

CARCERES URBIS

Carceres Capitulinæ ab Archihospitale SSmi Salvatoris ad Sancta Sanctorum prius regebantur, illique utilitatem ex redditibus afferebant, quæ deinde in incomodum conversa est Const. 293. §. 1. . . . . » 271
Adeoque Benedictus XIV. jussit, ut quotannis prælaudato Archihospitali a R. C. A. scuta centum persolverentur, pro indemnitate manutentionis carcerum §. 2. . . . . . . . . » ibid.
Ast tam Carcerum Capitolii, quam Gubernii parum recta erat administratio, ita ut plurimæ ordinationes, variis temporibus, a Romanis Pontificibus indictæ fuerint, pro administrationis refermatione §. cod. . . . . . . . . . » 272
Clemens XIII. ut Administrationis removeret præjudicia, judicibus quorumcumque Tribunalium, celerem expeditionem Causarum criminalium præscripsit. §. 4. . . . . pag. 272
Itemque prohibuit ne Judices, et Tribunalia paupertatis testimonialia traderent, nisi certæ speciei idesignatis carceratis §. 5. » 273
Imo expresse mandavit, detentos in Carceribus, quoties aliquid possederint, vel in depositum reliquerint, sumptus carcerum persolvere debere §. 6. . . . » ibid.
Contemporanee vero normas tradidit, ne carcerati propriis rebus fraudarentur, quas in actu carcerationis pro causis civilibus, penes eosdem reperiri contigisset §. 7. . . . . . » ibid.
Nec non legem fecit de earumdem rerum conservatione, et restitutione penes reos inventarum, in actu carcerationis in causis criminalibus §. 8. » 274
Voluit insuper, ut diligenter pesquiri deberent carcerati, in officio criminali carcerum §. 9. » ibid.
Sed sub rigidissimis pœnis, expresse prohibuit, ne Carcerum administri, vel Exequutores, aliquid penes se retinere possent, quod ad carceratos pertineret. §. 10. . . . . . . » 275
Jussit etiam, ut efformari deberent legales libri depositorum Carceratorum, qui comode quandocumque inspici possent §. 11. . . . . . . . . . » ibid.
Et normas præbuit servandas cum Carceratis, antequam res ad ipsos spectantes, vendantur pro refectione expensarum Carcerum §. 12. . . . . . . . . » ibid.
Legemque dixit de rebus penes Carceratos inventis, quarum proprietas suspecta detegatur §. 13. . . . . . . . . » 276
Tandem peculiares dispositiones statuit pro recta futura Carcerum administratione §. Eod. » ibid.

CARDINALIS

Veteris moris, et instituti Ecclesiæ Romanæ est, ex omnibus Orbis Christiani partibus, delectos viros in Cardinalium Collegio cooptari Alloq. 257. §. 1. . . . . . . . . » 211
Id etiam suadet Concilium Trydentinum, ut Orthodoxæ Rei-

publicæ universæ rationibus prospiciatur §. Eod. . pag. 211
Ex consuetudine Sedis Apostolicæ, etiam ex Cardinalibus Diaconis seliguntur titulares Ecclesiarum, sub infidelium potestate misere ingemiscentium Alloq. 273. §. Unic. . » 232
Vide. *Congregationes Cardinalium.*

CARDINALIS DECANUS

Exponitur vetus consuetudo conferendi Decanatum Sacri Collegii, et Ecclesiam Ostiensem, atque Velitrensem antiquiori Cardinali ex Ordine Episcoporum. Alloqut. 345 §. 1. . » 352
Ratio exponitur cur antiquiore Cardinali legitime impedito, optio ad Decanatum, alteri proximo in Ordine concedatur §. 2. . . . . . . . » ibid.

CATHECHISMUS ROMANUS

Quantum intersit, fideles in Catholica doctrina erudire et conservare, ne incauti in errores dilabantur. Constit. 129. §. 1. » 134
Maximi detrimenti est, si pravæ sententiæ contra fidei puritatem introducantur §. 2. . » ibid.
Avertendi a pravis hisce sententiis fideles, præsertim vero qui rudiore, et simpliciore ingenio polleut. §. 3. . . . . . . » ibid.
Ad quas pravas sententias removendas, toto studio incubuerunt Romani Pontifices, prospexitque Trydentinum Concilium, Romani Cathechismi evulgationem demandando §. 4. . . . . . . . . . » ibid.
At damna multa evenere deinde ex successiva aliorum Cathechismorum publicatione, qui cum Romano haud sunt comparandi §. 5. . . . . . . » 135
Hinc Clemens XIII. Romani Cathechismi usum, universis Christianæ Reipublicæ pastoribus, pro unico fidelium pabulo comendat §. 6. . . . » ibid.
Insuperque Catholicæ Ecclesiæ Pastores hortatur, ut idoneos seligant viros, pro fidelium eruditione in Christianis doctrinis §. 7. . . . . . . . . . » 136

CATHEDRALIS CARTHAGINENSIS

Vide. *Episcopus Carthaginensis*

CATHEDRALIS CLUSII

Rector Curatus in Clusina Cathedrali, quæ magna constat incolarum multitudine, et multorum milliariorum spatium complectitur, incomoda multa tam pro se, quam pro Parochianis substentabat. Constit. 178. §. 1. . . . . . . pag. 48
Clusinus Episcopus proposuit unionem eidem Parochiæ, cujusdam Cappellaniæ ad nutum amovibilis, una cum ipsius redditibus, et domo ad Cappellaniam pertinente §. 2. » ibid.
Onere tamen facto Rectori Curato retinendi in Ecclesia Cappellaniæ, Cappellanum Curatum ab Episcopo approbandum, qui sacra peragere, Sacramenta administrare, et doctrina populum edocere in Rectoris ipsius auxilium teneretur. §. Eod. . . . . . » ibid.
Pontifex supra relatam unionem, et onera Cappellano injuncta approbavit, et perpetuo servari mandavit §. 3. . . . . » ibid.

CATHEDRALIS HILDESIENSIS

Comendat Pontifex Canonicorum curam, et sollicitudinem in tuenda libertate canonicæ electionis Antistitis; cum iis vero condolet de imminentibus Germanicæ Ecclesiæ periculis. Epist. 117. §. unic. . . . . . » 119
Dum vero Pontifex ipse preces Deo fundit pro hisce futuris malis avertendis, Canonicos hortatur, ut opem, et patrocinium Catholicorum Principum exquirant §. Eod. . . . » ibid.
Dolet, quod hujus Cathedralis Decanus fuerit in extraneas regiones adductus, quodque impedimenta perdurent, quominus ad Episcopi electionem per Capitularia suffragia deveniri possit. Epist. 256. §. Uinc. » 211
Adeoque tempus ad dictam electionem perficiendam prorogat ad aliud trimestre. §. Eod. » ibid.
Gratulatur quod remotis obstaculis, et impedimentis pro novi

Episcopi electione, viduatam Ecclesiam, Canonici hujus Cathedralis, Pastore providere promittant. Epist. 334. §. Unic. pag. 333
Eos proinde hortatur, ut talem eligant Episcopum, qui Hildesiensi Ecclesiæ fructus ferat uberrimos §. Eod. . . . » ibid.

CATHEDRALIS LEODIENSIS

Hujus Cathedralis obsequium, atque devotissimum studium erga Sanctam Sedem comendat Epist. 409. §. Unic. . » 454
Summ gaudium Decano, et Capitulo hujus Cathedralis exprimit, pro composita inter eos pace §. Eod. . . . . . » ibid.
Hortatur, ut eam perpetuo servent, sic enim facilius ea sarcientur incomoda, quæ superioribus temporibus Ecclesia ista fuerat perpessa §. Eod. » ibid.
Melius autem Ecclesiæ inservire nemo potest, quam ad fidelium edificationem, in Domo Dei cum consensu ambulando §. Eod. . . . . . . . . » ibid.

CATHEDRALIS MINDONIENSIS

In Ecclesia hac Cathedrali, et ad altare Majus, celebrandæ quotannis Missæ cantatæ numero triginta duo, ultra Conventuales, Rogationum, Vigiliarum, et Funeralium Const. 181. §. 1. » 57
Ex quo fiebat, ut quotidie, in eodem altare Majori duæ Missæ cantatæ, præter privatam tempore primæ, celebrarentur, cum gravi Choralis exercitii incomodo §. Eod. . . . » ibid.
Ad quod incomodum removendum, Mindonensis Episcopus mandavit, ut hujusmodi Missæ cantatæ a die 29. Sept. ad diem 8. Maii celebrarentur ad Cappellam S. Ignatii sitam in dicta Cathedrali Ecclesia, cum assistentia quatuor Canonicorum, aliorumque Ministrorum, tempore recitationis horarum primæ, et tertiæ §. Eod. » ibid.
At Canonici Cathedralis supplices preces porrexerunt S. M. Clementi XII, ut translationem prædictam approbaret, illamque extenderet per totum annum ad omnes Missas cantatas, tam antiquas, quam fortasse deinde superveniendas, celebrandas ad dictum Altare Majus §. Eod. . . . pag. 57
Cui postulationi prælaudatus Clemens XII. obsecundavit, exceptis tamen Missis Conventualibus, ac diebus vigiliarum Quadragesimæ, et quatuor temporum, in quibus occurrat festivitas duplex, vel semiduplex. §. Eod. . . . » ibid.
Sed postmodum Canonici Mindoniensis Cathedralis exposuere Clementi XIII. reticitum fuisse in præcedentium literarum impetratione, quod ut plurimum simul cum dictis Missis, aut diebus illas antecedentibus, nocturna, Vespereve defunctorum cantari debent. §. 2. . . . . . . . » 58
Reticitum pariter, quod non omnes dictæ Missæ, Nocturna, Vespereque, ad Altare Majus essent celebrandæ, sed aliquæ licet numero paucæ, ad certa Altaria a benefactoribus designata, alteram vero ex illis ad speciale Altare privilegiatum §. Eod. . . . . » ibid.
Exposuere insuper Canonici, quod Episcopus Mindoniensis, Exequutor Apostolicus literarum Clementis XII, præter Missas, transtulit etiam Nocturna, et Vesperas, putans quod nobiliori translatione concessa, et accessoriam etiam concessam fuisse videri deberet. §. Eod. » ibid.
Insuperque ab eodem Episcopo, translata fuisse ea onera, quæ in peculiari Altare, vel etiam privilegiato explenda fuissent, licet posterior hæc translatio, haud effectum habita fuerit. §. Eod. . . . . . . . . » ibid.
Ad quas nullitates removendas, et ad scrupulum quodcumque tollendum, Canonici a Clemente XIII. postularunt, ut gesta per præcedentium literarum Exequutorem approbare dignaretur. §. Eod. . . . . . . » ibid.
Cui postulationi obsecundavit Pontifex, quasvis nullitates, et defectus sanando §. 3. . . » ibid.

CATHEDRALIS OSNABURUGENSIS

Quanta semper cura studuerit, Pontifex significat, ne Westphalico fœde re conculcato, Osnabrugensis Ecclesia in deteriorem conijecretur conditionem Epist. 341. §. 1. . pag. 346
Nova penes Catholicos Principes officia promittit; interimque ad fundendas preces hortatur, pro consequenda Cœlesti gratia §. 2. . . . . . . . » ibid.

CATHEDRALIS PASSAVIENSIS

De Passaviensi Episcopi immaturo interitu, certior factus Pontifex, cum Capitulo hoc condoletur, eumque hortatur, ut in novi Episcopi electione, consilia sua ad Dei voluntatem accomodet Epist. 361 §. unic. » 387
Hæc enim in talibus deliberationibus, privatarum rerum respectum aspernatur, sed Electorum mentem ad Ecclesiæ utilitatem, dignitatemque conservandam vult esse conversam §. eod. . . . . . . » ibid.
Dum vero futuri Pastoris electio sequatur, Capitulo huic Pontifex comendat, ut viduatam Ecclesiam, sedulitate vigilantia, et studio gubernet §. eod. » ibid.

CATHEDRALIS PATAVINA

Suum amorem exprimit erga Patavinam Ecclesiam, constantemque animum eidem gratificandi Epist. 342 §. 1. . » 346
Comemorat beatificationem a se factam Gregorii Cardinalis Barbadigi, sui in Patavino Episcopatu prædecessoris §. 2. » 347
Insignia Crucis ad collum appensæ, cuique Canonico Patavinæ Ecclesiæ concedit §. 3. . » ibid.
Moderno Patavino Episcopo, de novarum Crucium distributione munus comittit, et normam præscribit futuris temporibus observandam §. 4. » ibid.
Dubiis exortis, circa modum gestandi cruces supra pectum, quibus Pontifex hic, Patavinum Capitulum ditaverat, ea opportuna declaratione dirimit Epist. 373 §. unic. . . . » 407

CATHEDRALIS SAGUNTINA

Vide *Episcopus Saguntinus.*

CATHEDRALIS SPIRENSIS

Exponit, vacante Ecclesia Spirensi, Decano, et Capitulo ejusdem Ecclesiæ, pertinere novi Episcopi præsentationem. Constit. 280 §. 1. . . pag. 242
Privilegium dictæ præsentationis confirmat, quamvis casus contingat vacationis per obitum moderni Episcopi apud Sanctam Sedem, perinde ac si prædicta Ecclesia, dictæ Sedis dispositioni nullatenus reservata esset §. 2. . . . . . » 243

CIVITAS ANCONÆ

Quamplurima privilegia, gratiæ concessiones, et indulta a Romanis Pontificibus, concessa fuere Universitati Hæbreorum, Turcarum, aliorumque Orientalium, Negociationem in Civitate Anconitana exercentium Constitut. 238 §. 2. . . . . » 155
Quæ sane privilegia in forma specifica confirmavit Paulus V. suo peculiari Motu-proprio. §. eod. . . . . . . . . » 156
Deindeque idem Motus-proprius exequutioni comissus fuit, decreto speciali Thesaurarii Generalis §. eod. . . . . . » 159
Itemque posteriori alio decreto, quo postremæ literæ Apostolicæ prælaudati Pauli V. exequutioni comissæ fuerunt §. eod. . . . . . . . . . » 161
In relatorum privilegiorum sequelam, Levantinum Consulem nominavit Clemens XII §. eod. » 166
Itemque Levantinum Consulem alium nominavit Alexander VIII §. eod. . . . . . . . » 167
Privilegia supra relata confirmata, et approbata fuere a Clemente XIII, nonullis adjectis exceptionibus §. 3. . . . » 168

CIVITARIS ARIMINI

Seminarii, nec non Hospitalium in Ariminensi Civitate infelicem statum depræhendit Episcopus in actu Sacræ Visitationis Const. 108 §. 1. . » 105
Et præcipue Fabrica Seminarii

Ariminenſis, propter anguſtiam incapax erat, ad Alumnos in ſufficienti numero recipiendos, cuſtodiendoſque §. 2. . pag. 106

Hinc Epiſcopus, conſilio aſſumpto Moderatorum Seminarii, duxit, poſſe occurri indigentiis, ex ſuperextantibus redditibus Confraternitatum Laicorum, poſt eisdem injunctorum operum implementum §. 3. . . . . . . » ibid.

Hoſpitalia etiam infirmorum, et peregrinorum, haud ſatis dotata redditibus, ex ſuperextantibus illis Laicorum Confraternitatum, juvari poſſe putavit, prælaudatus Epiſcopus §. 4. . . . . . . . . » ibid.

Cui proinde Pontifex facultates tribuit, præconceptam redditnum ſuperextantium erogationem explendi favore Seminarii, et Hoſpitalium hujus Civitatis, datis nonnullis præceptis §. 5. . . . . . . » ibid.

## CIVITAS BONONIÆ

Ex Conſtitutione Urbani VIII. Mons ſecundus Annonæ fuit in Civitate Bononiæ erectus Conſt. 235 §. 2. . . . » 149

Quum vero ex arbitraria exemptione eorum, qui vectigalia perſolvere tenebantur in Montis dotem aſſignata, inſufficiens redditus factus fuerit, ad Montis onera ſubſtinenda §. 3. » 154

Hinc preces porrectæ Clementi XIII ad hoc ut Urbanæ Conſtitutionis, omnimodam obſervantiam demandare dignaretur §. 4. . . . . . . » ibid.

Poſtulationi annuens Pontifex, prælaudatam Urbani VIII conſtitutione confirmavit, et innovavit §. eod. . . . . » ibid.

Inſuperque juſſit, ut nemo deinceps a vectigalium ſolutione exemptus eſſe deberet §. 5. » 155

## CIVITAS FAVENTIÆ

In Civitate Faventina duo olim reperiebantur Noſocomia, ſeu Hoſpitalia, unum ſcilicet ſub invocatione S. Antonii Abbatis prius S. Jacobi Incurabilium, alterum S. Nevolonis, prius S. Mariæ de Miſericordia Conſtit. 202 §. 1. . . . . . » 89

Quæ ſane bina Hoſpitalia ad pauperes infirmos utriuſque ſexus excipiendos, alendos, curandoſque deſtinata reperiebantur §. eod. . . . . . pag. 89

At utrumque Hoſpitale ſitu incomodum, ædificio anguſtum congruiſque deſtitutum redditibus, ita ut vel pauperum receptioni, vel eorum curæ incapax omnino fuerit renunciandum §. eod. . . . . » ibid.

Ut prædictis incomodis, novi amplioris Hoſpitalis conſtructioni proſpiceret Benedictus XIV, Arcem ad Apoſtolicam Cameram ſpectantem, adnexaque ædificia conceſſit §. 2. » ibid.

Nec non opportuna redituum dotatione providere ſtuduit Pontifex idem, novi erigendi Hoſpitalis neceſſitatibus §. 3. » ibid.

Abſoluta novi Hoſpitalis conſtructione, et redditunm incorporatione, perdurantibus attamen pauperum, jam ad novum Hoſpitale translatorum, incomodis, preces porrectæ fuere Clementi XIII ut novo huic pio Operi, Fratres Ordinis S. Joannis de Deo præficere dignaretur §. 4. . . . . . . . » 96

At ſubortis controverſiis nonnullis, quoad poſtulatæ hujus conceſſionis exequutionem, eas removere Pontifex, requiſito prudentiorum conſilio curavit §. 5. . . . . . . . . » 97

Quibus remotis, prædictum Hoſpitale Religioſis Ordinis Sancti Joannis de Deo conceſſit, prævia derogatione cuicumque præcedenti piæ inſtitutioni, ſeu diſpoſitioni §. 6. . . . . » ibid.

Pariter veterum Hoſpitalium ſuppreſſionem a Benedicto XIV approbatam, confirmavit, et Religioſis S. Joannis de Deo Aromatariæ etiam Adminiſtrationem tribuit §. 7. . . » 98

Vetera onera Hoſpitalium ſuppreſſorum ad Religioſos Sancti Joannis de Deo tranſtulit, et regulas quoad adminiſtrationem Aromatariæ præſcripſit §. 8. . . . . . . » ibid.

Revocatis prohibitionibus contra Religioſos medicamenta vendentes publice, permiſit illis S. Joannis de Deo, Faventinum Hoſpitale adminiſtrantibus, ut cuivis tradere, et ven-

dere medicamenta publice possent §. 9. . . . . . . pag. 98
Faventino Episcopo comisit, ut Fratres S. Joannis de Deo in Hospitalis, Aromatariæ, et redituum possessionem, debitis adhibitis cauthelis immitteret §. 10. . . . . . . . . » 99
Ad novæ Aromatariæ erectionem evitandam, novo Hospitali concessit illam, quæ præcedenter Confraternitati S. Joannis Decollati spectabat, firmis tamen dispositionibus fundatorum, hujus translatæ Aromatariæ, §. 11. . . . . . . . . » ibid.
Tandem substentationi veterum inservientium translatæ hujus Aromatariæ provisit §. 14. » 100

CIVITAS FIRMI

Recensentur incomoda, queis subijciebatur Firmanæ Civitatis publica administratio Const. 290 §. 1. . . . . . . » 265
Primum enim ex Const. Eugenii IV. Firmanæ Civitatis administratio illa, a Cardinalis jurisdictione pendebat, quem Cardinalem Patronum appellabant §. 2. . . . . . . . » ibid.
Ast Innocentius XI, jurisdictione Cardinalis Patroni suppressa, peculiarem Congregationem instituit, cui in Firmana Civitate, ejusque Statu, easdem tribuit facultates, quas Sixtus V. tribuerat, quoad universam Pontificiam ditionem, Congregotionibus negociorum Status Pontificii præpositæ §. eod. . . . . . . . . » ibid.
Deinde vero Benedictus XIV, Firmanam Congregationem reformavit, peculiaremque illius jurisdictionem præfinivit §. 3. » ibid.
Tandem prælaudatus Benedictus XIV, nonullas jurisdictionales controversias inter Firmanam Congregationem, aliamque Boni Reginimis diremit §. 4. » 266
Attamen persistebant ea incomoda, quæ celeriori negociorum expeditioni adversabantur §. 5. » ibid.
Adeoque Clemens XIII, Firmana Congregatione suppressa, Civitatem hanc, Comitatumque, iisdem legibus regi jussit, quibus cæteræ Ecclesiastici Status Provinciæ reguntur §. 6. . . . . . . . » ibid.
Itemque peculiarem de reductione expensarum, rationem haberi debere a Sacra Congregatione Boni Regiminis mandavit §. 7. . . . . . . pag. 266

CIVITAS PERUSIÆ

Ex antiqua praxi a duobus sæculis servata, Tribunali Gubernatoris Perusiæ jus erat judicandi in figura Signaturæ quoad recursus, et Appellationes. Constitut. 291 §. 1. . » 267
At tractu temporis, controversia submota quoad jurisdictionem hanc, plura acta ea super re circumscripta fuere a Signaturæ Justitiæ Urbis Tribunali §. eod. . . . . . . . » ibid.
Qua de re, Pontifici recursum habuere Perusiæ Magistratus, ut in jurisdictione illa, Gubernatores confovere dignaretur §. eod. . . . . . » 268
Verum illustrium Prælatorum voto a Pontifice hoc super negocio requisito, declaratum fuit, nullam jurisdictionem Signaturæ Perusinis Gubernatoribus pertinuisse post Benedicti XIV Tribunalium reformationes §. 2. . . . . . . » ibid.
Adeoque Pontifex Perusinis Gubernatoribus interdixit, ne ullam Signaturæ jurisdictionem in causis tam Laicis, quam Ecclesiasticis in posterum exercerent §. 3. . . . . . » ibid.

CIVITAS SPOLETI

Ex suppressa perceptione propinæ pro Judicibus recursus ad formam Constitutionis Benedicti XIV diei 21 Decembris 1744 multa incomoda derivabant Civitati Spoleti, ejusque districtui Const. 355 §. 2. . . » 379
Ad quæ removenda incomoda quum preces porrectæ fuerint Clementi XIII, hic, prævia in hac parte derogatione Benedictinæ, facultatem fecit Judicibus recursus percipiendi propinas §. 3. . . . . » 380
Dumodo tamen propinæ percipiendæ non superarent eas, quæ a Judicibus Ordinariis percipiuntur §. eod. . . . » ibid.

CIVITAS TOLENTINI

Quum Tolentini nonnullæ Nobilium Familiæ extinctæ fuissent, quæ inter publicos Repræhesentantes, seu Consiliarios relatæ, Consilio dictæ Civitatis adscriptæ reperiebantur, obtinuit Magistratus ipsius Civitatis ab Anno usque 1746, ut Nobilium Familiæ ex sexaginta, ad quadraginta tantum reducerentur. Const. 238 §. 1. . . . . . . . . pag. 177

At interim superventa deficientia aliarum ex dictis familiis, et pertimenscens Consilium, quod aliæ brevi essent interituræ, duxit die 26 Junii 1760, adscribendas esse, et aggregandas Consilio tresdecim alias Familias §. eod. . . . . . » ibid.

Quæ tamen novæ aggregandæ Familiæ constituere deberent gradum distinctum ab aliis Familiis Nobilibus, publica officia, et munia tunc exercentibus, exemplo ducto ab aliis Civitatibus §. eod. . . . . » ibid.

Cujus Consiliaris resolutionis adprobationem postularunt, et obtinuerunt Tolentinates a Sacra Congregatione consultationibus Civitatum, Terrarum, et Locorum Pontificiæ ditionis præpositæ §. eod. . . . . » ibid.

Quæ sane, prælaudatæ Congregationis adprobatio, Pontificia deinde auctoritate confirmata fuit §. 2. . . . . . . . . » ibid.

CIVITAS VITERBII

Vide *Conservatorium, vulgo delle Zitelle sperse in Civitate Viterbii.*

CLERICUS. CLERICI

Vide *Sardiniæ Regnum.*

CLERICI CONJUGATI

Vide *Sardiniæ Regnum.*

CLERICI REGULARES CONGREGATIONIS SOMASCHIÆ

Collegia hujus Ordinis in tres Provincias divisa erant, Lombardam nempe, Venetam, et Romanam, juxta dispositionem Constitutionis Alexandri VIII. diei 23 Decembris 1661 Constit. 343 §. 2. . . . . pag. 348

Quæ tamen divisio, incomoda gerebat quamplurima administrationi Collegii Bononiensis, quod in Provincia Romana existebat §. eod. . . . . . » ibid.

Adeoque supplicatum Pontifici fuit, ut Collegii ejusdem administratio, alternative haberetur a tribus Provinciis §. 2. » ibid.

Pontifex, prævia in hac parte moderatione Constitutionis Alexandri VIII, petitam alternativam administrationem approbavit §. eod. . . . . . . » ibid.

CLERICI REGULARES SCHOLARUM PIARUM

Ex antiquo hujus Congregationis instituto, Præpositi Generalis munus per sexennium perdurabat, adeoque Capitulum Generale pro novi Præpositi Generalis electione, de sexennio in sexennium habebatur Constit. 285 §. 2. . . . . . » 252

Electio vero Præpositi Provincialis, et Rectorum Provinciarum Ultramontes explebatur a protempore Præposito Generali, et illius Assistentibus, prævia candidatorum nominatione, vel a Capitulis Provincialibus, ut in Polonia, et Lithuania §. eod. . . . . » ibid.

Vel a Congregatione Præpositi Provincialis, ejusque Assistentium, et nonullorum aliorum Rectorum illius Provinciæ præscriptorum ut in Germania, et Hungaria §. eod. . . . » ibid.

Quæ facultas nominandi Candidatos pro supradictis Provinciis a Capitulis Generalibus hujus Congregationis concessa fuerat, ex eo quod Congregatio Præpositi Generalis, ejusque Assistentium, accuratam cognitionem eligendorum, habere non poterat §. eod. . » ibid.

At in Provinciis Italiæ, Prepositi Provinciales, aliique Rectores eligebantur a Præposito Generali, et Assistentibus, prævia dumtaxat eligendorum propositione per prædictum Præpositum Generalem facta §. 3. . . . . . . . . . » ibid.

Postmodum Benedictus XIV. per literas in forma Brevis diei 10 Nov. 1744, jussit pro Provinciis Italiæ, et Insularum, ut in fine cujuslibet triennii in unum convenirent Præpositi Provinciales, Assistentes Provinciales, Rectores actuales, cæterique omnes, qui vocem ac votum in Capitulis Provincialibus habeant §. Eod. pag. 252
Ibique per secreta suffragia eligerent, et nominarent tres ex gravioribus Professoribus suæ respectivæ Provinciæ, pro obeundo officio Præpositi Provincialis §. Eod. . . . . . » ibid.
Qui tres Candidati sic per secreta suffragia electi, Congregationi Præpositi Generalis, ejusque Assistentium, præsentandi erant, ad hoc ut ex illis Præpositus Provincialis seligeretur §. Eod. » ibid.
Injunctum insuper Præpositi Provincialis, Assistentium, cæterorumque Congregationi, ut in Candidatorum nominatione, eos seligerent, qui præter alia requisita a statutis Congregationis præscripta, Rectoris munus in aliqua domo laudabiliter explevissent §. Eod. . . . » ibid.
Facta imo facultate prædictæ Congregationi eligendi etiam eos, qui a Provincia absentes reperirentur §. Eod. . . . . » ibid.
Is autem ex tribus Candidatis præpositis, Provincialis renunciandus esset, qui plura secreta suffragia obtinuisset in Congregatione Præpositi Generalis, suorumque Assistentium. §. Eod. » ibid.
Quo ad Rectores vero domorum, et Collegiorum, nemo prima vice munus obtinere posset, nisi habilitationem, seu nominationem obtineret, per secreta suffragia, a Capitulo Provinciali prædicto §. Eod. . » 253
Qui Capitulus Provincialis expendere præ primis deberet in ista nominatione, non solum ætatem, et morum probitatem, verum etiam Regularem observantiam, et diligentiam in scolarum exercitio §. Eod. . » ibid.
Et expendere etiam teneretur, quod ii qui semel fuerint Candidati pro gubernio Domorum propriæ Provinciæ, ad aliarum Provinciarum candidationem non admitterentur. §. Eod. » ibid.
Quæ supra expressæ determinationes, in respectivis nominati onibus nisi punctim exequutæ fuissent, nominationes nullitatis vitio infectæ habendæ essent §. Eod. . . . pag. 253
Postmodum per literas in forma Brevis Clementis XIII. diei 5. Febr. 1759, peculiaria statuta sunt, pro electione Provincialis, et Rectorum Domorum in Provinciis Ultramontes §. 4. . » ibid.
At quum per alias Benedicti XIV. literas, Præpositi Generalis electio non amplius de sexennio in sexennium explenda esset, sed post duodecim annorum spatium, hinc Capitula Provincialia pariter cessarunt sexennio quolibet, ex quo ingens derivabat incomodum pro candidaturarum nominatione §. 5. . . . . . . . . » ibid.
Hinc Capitulum Generale anno 1760. celebratum proposuit, præcedentium literarum Benedicti XIV, et Clementis XIII. revocationem, novamque methodum habendam in Candidatis nominandis §. 6. . . » ibid.
Adeoque prælaudatus Clemens XIII, pristinis literis revocatis, tantumodo quoad Capitula Provincialia, approbavit, et confirmavit, quæ a Capitulo Generali hujus Ordinis, anno 1760 celebrato, proposita fuere §. 7.» 254
Declaravit autem, per istam revocationem, nil derogatum censeri debere, quoad electionem candidatuum, sed dumtaxat quoad celebrationem Capitulorum Provincialium, prius de triennio in triennium, deinde de sexennio in sexennium habendum §. 8. . . . . » ibid.
Imo magis explicite indigitata fuit methodus deinde servanda in posterum pro hujus Ordinis Candidaturis §. eod. » ibid.

## CLERUS

Romani Pontifices constantissime studuerunt, ut si quæ vitia, et pravi mores, in Cleri, disciplinam irrepsernnt, ad sacrorum Canonum præscripta, rite corrigantur, et sedulo emendentur. Constit. 160. §. 2. » 22

CLERUS GALLICANUS

De Ecclesiæ malis suum, cum Gallicani Cleri Archiepiscopis et Episcopis mœrorem exprimit, eosque hortatur, ut fortiter resistant, et Orationibus suis, impendentibus malis finem implorent Epist. 283. §. 1. . . . . . . . . pag. 247
Quanta sit enunciat novatorum audacia, ad Ecclesiæ auctoritatem infringendum §. 2. » ibid.
Enumerat Societatis Jesu mœrita, atque oppressiones, et persequutiones, quibus Societas ipsa afligitur. §. 3. . . . » ibid.
In tanta Ecclesiæ erumna, Episcopos obsecrat, ut iis convenientibus in extraordinariis Cleri comitiis, sollicitudinem expendant, ad tot mala eliminanda §. 4. . . . . . . » 248
Apostolicæ Sedis auxilium Episcopis hisce exhibet, eosque, ferventissimis Orationibus, se adjuturum pariter Pontifex pollicetur §. 5. . . . . . . » ibid.

COENA DOMINI

Cœnæ Domini die literæ processus publicantur, in quibus canonicæ censuræ fulminantur contra quamplures Cons. 415 » 461
Censuræ hac Constitutione compræhensæ eædem sunt quæ continentur inConst. 52. Tom.I. pag. 116. ubi consulendæ ad opportunitatem

COLLEGIATA VILLÆ DE SARINENA DIOECESIS OSCENSIS

Inter Episcopum Oscensem, et Collegiatam de Sarinena, vigebat a quampluribus annis lis super perceptione quarumdam decimarum Const. 193. §. 1. » 73
Ad hasce præcidendas controversias, concordia inita fuit per publicum Instrumentum inter Capitulum, et Episcopum, cujus tenor minutatim refertur §. eod. . . . . . . . . . . » ibid.
Pro cujus concordiæ confirmatione, preces porrectæ fuere Pontifici a partibus hinc inde transigentibus §. 2. . . . . » 81
Transactionem præfatam, audita prius Sacra Congregatione Concilii, Pontifex approbat, nullitatesque, si quæ intervenerint, sanat §. 3. pag. 81

COLLEGIUM CANTORUM CAPPELLÆ PONTIFICIÆ

Exponitur necessitas restituendi antiquas Constitutiones, vetustate obsoletas, et in parte eas innovandi Constit. 313. §. 1. » 306
Nonulla dubia promota fuere quoad jurisdictionem Cardinalis Protectoris, circa Cantorum Collegium §. 2. . . . . » ibid.
Peculiaris Congregatio ad dubia ea explananda deputata, suum Pontifici sensum aperuit §. 3. » ibid.
Qua audita declaratione, Pontifex jussit, Cardinalem Protectorem fungi auctoritate cogendi ad observantiam Pontificiarum ordinationum §. 4. . » 307
Itemque certiorem fieri debere de futuris Collegii deliberationibus §. 5. . . . . . . . . . » ibid.
Pœnes Collegium jus esse proprii regiminis, nec non nova condendi statuta §. 6. . . : »
Collegio jus pertinere cooptandi novos Cantores, servatis peculiaribus regulis pro eorum examini explendo §. 7. . » ibid.
Eidem Collegio jus esse eligendi Magistrum Cappellæ, aliosque officiales, servatis pariter regulis super Collegii ipsius convocatione §. 8. . . . . . » ibid.
Pariterque indicendi correctionales pœnas, et multas . . » 308
Peculiares etiam Ordinationes sancitæ sunt quoad licentias absentiæ elargiendas §. 10. . » ibid.
Prohibetur augmentum, et variatio numeri Cantorum, eorumque stipendiorum §. 11. » ibid.
Inhibetur Collegio, atque Cardinali protectori immutatio statutorum, et legum, quæ fuerunt Pontificia auctoritate approbatæ §. 12. . . . . . » ibid.
Statuitur, judiciales provocationes ad Pontificis Auditorem deferendas esse, extrajudiciales vero singulorum, ad Præfectum Palatii Apostolici §. 13. » ibid.
Peculiares normæ præbentur circa novum examen eorum, qui inter supranumeros cooptati reperiuntur §. 14. . . . » 309
Novo examini subjiciendos esse decernitur Cantores illos, qui

in prima admisione ab universo Collegio non fuerint examinati. §. 15. . . . pag. 309
Itemque probandos esse in secundo examine, qui post primam admissionem, vocis detrimentum sunt perpessi, ex nimia cantus exercitatione §. 16. » ibid.

COLLEGIUM NOTARIORUM S. ROTÆ.

Peculiaris Congregatio constituta fuit pro condendis novis ordinationibus, et præscriptionibus Collegium hoc pertinentibus. Constit. 354. §. 1. . » 373
Quæ peculiaris Congregatio, ordinationes, et præscriptiones prædictas concinnavit, et approbandas Pontifici supposuit. §. 2. . . . . . . . . . » ibid.
Deinde vero prælaudatæ Congregationi injunctum fuit, ut methodum proponerent pro tollenda venalitate officiorum Notariatus Rotalis §. 3. . . » 375
Pontifex, singulas Ordinationes a Congregatione Deputata propositas, confirmavit et observari mandavit §. 4. . . » ibid.
Veteribus insuper Constitutionibus revocatis, vacabilia officia Notariatus Rotalis suppressit, eaque Apostolicæ Cameræ applicavit §. 5. . . . . . . » ibid.
Unum ex Rotalibus Notariis, cæterorum Præsidentem, et Arcarium deputavit, nec non modum in electione servandum præbuit §. 6. . . . . . » ibid.
Eidem Notario Præsidenti onus injunxit conficiendi singulis annis elencum librorum, scripturarum, et documentorum §. 7. » 376
Nec non administrationem comisit omnium proventuum a singulis officiis derivantium, sub lege redditionis rationis §. 8. » ibid.
Modum eligendi in posterum Notarios Rotales præfinivit, et munera designavit, quibus incumbere debent §. 9. . . » ibid.
Jussit quod quilibet ex Notariis teneatur receptorum regestrum habere, atque de receptis rationes reddere Notario Præsidenti §. 10. . . . . . . » 377
A solo autem Notario Praesidente servandum esse librum incertorum deque hisce rationem reddere debere §. 11. . . » ibid.
Accuratiores etiam præscriptiones datæ pro recta perceptorum redditione rationis §. 12 pag. 377
Notariis Rotalibus assignatus fuit Substitutus, Adjutor, et Novitius, eisque functiones peculiares attributæ §. 13. . . » ibid.
Norma constituta in electionibus Substitutorum, Adjutorum, et Novitiorum servanda §. 14. » ibid.
Peculiares constitutæ præscriptiones pro emolumentis debitis Tribunali S. Rotæ ex proventibus Notariorum, eorumque admissione §. 15. . . . » ibid.
Auditorio S. Rotæ servata fuit jurisdictio super personas Officialium, et R. P. D. Thesaurario tributa auctoritas, quoad æconomiam §. 16. . . » 378
Rotalibus Notariis eædem tributæ fuere facultates, quibus cæteri pollent Notarii Urbis §. 17. » ibid.

COLLEGIUM SALVIATI ORPHANORUM URBIS

Alumni Collegi Salviati Orphanorum Urbis, in actu receptionis jurare tenebantur, quod si decessissent, nullo condito Testamento, vel nullis relictis hæredibus, usque ad tertium gradum, decedentis hæreditas ad Collegium esset deferenda Constit. 350. §. 1. . » 365
Quod quum in desuetudinem abierit, novo condito statuto, successio Collegii in casum decessus Alumni, absque propinquis ad tertium usque gradum, confirmata fuit, et obtentorum alimentorum persolutio favore Collegii, quoties ad meliorem fortunam devenerit Alumnus §. 2. . . . . . . . » ibid.
Cujus novi Statuti confirmationem concessit Pontifex, illudque observari in posterum jussit §. 3. . . . . . . . . . . » ibid.

COLLEGIUM UMBRUM, ET NICETÆ LASSI

Joannes Karolus *Lassi* testamento suo Anni 1683 mandavit, ut ex bonis suæ hæreditatis unum Collegium in Urbe erigeretur sub nomine *Nicetæ Lassi* pro recipiendis, et alendis novem juvenibus, quorum tres ex Civitate Fulginei, tres ex

Narniæ Civitate, reliqui tres ex terra *di Colvalenza* originem ducerent. Const. 237. §. 2. pag. 168
Ut autem pro Collegio sufficientes pararentur redditus, voluit quod fructus hæreditatis suæ investimento collocarentur, donec ad optatum effectum sufficerent. §. eod. . . . . . » ibid.
Anno 1705. quum redditus jam summam quolibet Anno scutorum Quingentorum triginta quatuor assurgeret, Clemens XI. jussit, Collegium aperiri interdum pro sex tantum Alumnis §. eod. . . . . . . . 169
Ea tamen adiecta lege, ut scuta centum singulis annis, ex hujus hæreditatis fructibus multiplico supponerentur, donec sufficientes consequerentur redditus pro trium aliorum alumnorum receptione. §. eod. » ibid.
Extabat tum temporis in Urbe erectum Collegium Umbriæ nuncupatum, in quo Juvanes propriis sumptibus, et cum subsidio aliarum personarum recipiebantur. §. 3. . . . » ibid.
Jussit itaque Clemens XI ut novum Collegium, alteri Umbriæ unire sub comuni denominatione Collegii Umbriæ et Nicetæ Lassi §. eod. . . . . . . . . . » ibid.
Evenit interea, ut hæreditatis Lassi redditus ita adaucti essent ut novem recipiendis alumnis idonei viderentur §. eod. . » ibid.
Hinc supplices preces Clementi XIII. porrexit Cardinalis Protector ejusdem Collegii, ut aliorum trium Juvenum receptionem permittere dignaretur §. eod. . . . . . . . » ibid.
Cui postulationi non tantum Pontifex est assentitus, sed insuper mandavit, ut quotannis summa scutorum centum ad multiplicum relinqueretur, ad effectum in meliorem statum redigendi fabricam dicti Collegii, ac illud, dictorumque Collegialium numerum tractu temporis augendum §. eod. » ibid.
Deinde vero regulas, et constitutiones pro recto unitorum Collegiorum gubernio condidit Cardinalis Protector, quæ in Literis hisce textualiter referuntur. §. 4. . . . . . . » ibid.
Quas regulas, et Constitutiones, Pontifex Apostolica auctoritate probavit, et exequi mandavit. §. 5. . . . . . . . . . pag. 176

COMUNITAS ALATRII

Vide *Monachi Carthusiani.*

CONGREGATIONES CARDINALIUM

Vide *Decreta Congregationum.*

CONFESSARIUS FAMILIÆ PONTIFICIÆ

A duobus sæculis Professores Ordinis Servorum Beatæ Mariæ Virginis in Confessarios Familiæ Pontificiæ selecti fuere Constit. 264 §. 4. . . . . . » 220
Clemens XIII officium idem, perpetuis futuris temporibus assignavit uni ex Ordine prædicto Professori, et in S. Theologia Magistro §. eod. . . » ibid.
Insuperque concessit, quod Confessarii hujusmodi, in quibuscumque Capitulis Generalibus, in Diffinitoriis, cæterisque Comitiis Generalibus, votum, et suffragium activum, et passivum habere possent §. 5. » ibid.

CONFRATERNITAS BONI CONSILII

In Ecclesiis Fratrum Ordinis Eremitarum S. Augustini in Bavaria, Confraternitates existebant sub titulo Beatæ Mariæ Virginis Boni Consilii canonice erectæ, ad instar illius existentis in Ecclesia dicti Ordinis Oppidi Genazzani in Diœcesi Prænestina Const. 187 §. 2. » 66
Hisce Confraternitatibus, quamplures indulgentias concessit S. M. Benedictus XIV §. eod. » ibid.
Novas autem indulgentias Confraternitatibus ipsis concessit Clemens XIII tam plenarias, quam temporarias, quas recenset præsens Constitutio §. 3. » ibid.
Facultatemque fecit erigendi modernam Confraternitatem in Ecclesia Fratrum Augustiniensium Civitatis Monachii, cui præcedentes indulgentias communicavit Epist. 188 §. unic. » 67

CONFRRTERNITAS CORDIS JESU IN CIVITATE LIMANA

In Ecclesia Fratrum Ordinis Sancti Francisci de Observantia in

Civitate Limana erecta reperiebatur Confraternitas utriuspue sexus, sub invocatione Cordis Jesu Constit. 376 §. 1. pag. 410
Hujus Confraternitatis confirmatio a Sancta Sede requisita fuit §. eod. . . . . . . . . » ibid.
Pontifex porrectas preces excepit, erectamque hanc Confraternitatem approbat, atque confirmat §. 2. . . . . . » ibid.
Imo quo validius subsistat, eamdem de novo erigit, cum facultate condendi, et reformandi Statuta, ab Ordinario approbanda §. 3. . . . . . » ibid.
Itemque facultatem illi fecit, recipiendi legata, cæterasque Christifidelium largitiones, illasque per suos Officiales administrandi juxta tamen Trydentini decretum §. 4. . » ibid.
Confratribus tandem comunes reddit omnes indulgentias, et gratias, queis gaudent Sodalitates omnes erectæ in Ecclesiis Fratrum hujus Ordinis §. 5. » 411

CONFRATERNITAS
Ss. SEBASTIANI, ET BARBARÆ
IN PAROCHIALI ECCLESIA
BERGENSI

Confraternitas hæc, ab immemorabili tempore, erecta canonice fuit in antiquissima Ecclesia Bergensi, in Territorio, et Principatu Monasterii Sancti Galli Ordinis S. Benedicti, Nullius Diœcesis, Moguntinæ Provinciæ sub jurisdictione Abbatis pro tempore S. Galli Constit. 230 §. 2. . . . . . » 136
Sed postquam novi sectatores Lutherus, Zuwinglius, et Calvinus, pestiferum hæresis venenum in Territorium S. Galli intulerunt, ipsa Confraternitas per centum fere annorum spatium suppressa, et fere extincta remansit §. eod. » ibid.
At anno 1640 Abbas tunc existens S. Galli, Confraternitatem prædictam ad suum pristinum statum, et decorem restituere curavit §. eod. . » ibid.
Et in ea utriusque sexus Christifideles adscribuntur, qui pro meliori ejusdem directione, et perpetua conservatione nonulla condiderunt statuta, quæ sunt tenoris sequentis §. eod. . » 137
1. Confraternitati Præses perpetuus Parochus Ecclesiæ Bergensis præficitur §. eod. pag. 137
2. Designatur finis, ad quem Confraternitatis hujusce pia exercitia diriguntur §. eod. » ibid.
3. Statuuntur pia exercitia a Confratribus excercenda aggregationis die §. eod. . . » ibid.
4. Festivæ solemnitates præfiniuntur a Confratribus celebrandœ §. eod. . . . . » ibid.
5. Constituuntur Anniversaria pro Confratribus defunctis et de oblationum ab ipsis Confratribus factarum erogatione decernitur §. eod. . . . » ibid.
6. Designantur preces a Confratribus recitandæ statutis temporibus §. eod. . . . . » ibid.
7. Confratribus injungitur, ut devote colant Augustissimum Eucharistiæ Sacramentum, et a blasphemiis se se abstineant §. eod. . . . » 138
8. Charitatis, et misericordiæ operibus vacare tenentur Confratres §. eod. . . . » ibid.
9. De bonis operibus a singulis gestis, cæteri omnes Confratres inter se se comparticipant §. eod. . . . . . » ibid.
10. Declaratur quomodo ad horum Statutorum observantiam Confratres teneantur §. eod. . . . . . . . . » ibid.
Peculiarum indulgentiarum indultum a Sancta Sede postulavit hæc Confraternitas §. eod. » ibid.
Pontifex supra relata statuta, et indulgentias postulatas confirmavit, et approbavit §. 3. » 139

CONSERVATORIUM
MENDICANTIUM
AD
TEMPLUM PACIS
DE URBE

Ex testamentaria dispositione Pauli Ludovici Rivaldi, hæreditas illius, Conservatorio pauperum Mendicantium ad Templum Pacis de Urbe, sub aliquibus tamen legibus, delata est Const. 347 §. 1. . . . » 353
Controversia deinde exorta est inter Conservatorium idem, et ad Pauli Ludovici successionem appetentem alteram personam, super hæreditate Præsulis Asca-

nii Rivaldi, quæ deinde transactione finita fuit §. 2. pag. 354
Hinc Conservatorium idem ad Sanctam Sedem confugit, ad hoc ut prævia derogatione testamentariæ dispositioni ejusdem Ascanii, quoad nonullas eleemosynas pauperibus puellis præbendas, dotalia aliqua subsidia favore Conservatorii elargire dignaretur, annuatim consequenda §. 3. . . . » ibid.
Cui postulationi Pontifex annuit et dispositioni Ascanii derogavit, subsidia implorata Conservatorio huic elargiendo §. 4. » ibid.
Quæ insuper dotalia subsidia præfinita fuere in scutis quadraginta pro eorum quolibet, favore puallarum in dicto Conservatorio degentium §. 5. » 355

## CONSERVATORIUM VULGO DELLE ZITELLE SPERSE IN CIVITATE VITERBII

Princeps Hieronymus Pamphily codicillari dispositione diei 6 Decembris 1760 reliquit scuta viginti millia pro dotandis puellis Orphanis, subveniendisque pauperibus familiis hujus Civitatis ad nominationem Episcopi Viterbiensis Const. 224 §. 1. . . . . . . . . . » 127
At Pontifici exposuit ipsemet Viterbiensis Episcopus, quod si pium hocce exequeretur legatum, magnus talium puellarum, et miserabilium personarum numerus, tenue auxilium, subsidiumque obtineret §. eod. . . . . . . . . » ibid.
Hinc proposuit scutorum viginti millium reinvestimentum in tot bonis frugiferis, pro fundo et Capitali Conservatorii *delle Zitelle sperse* in Civitate prædicta existentis §. eod. . . » ibid.
In quo sane Conservatorio, licet recipiantur, et asserventur puellæ pauperes, et in propria pudicitia periclitantes, tamen adeo parvis ditabatur redditibus, ut vix decem octo recipi possint, licet pro Civitate Viterbiensi sexaginta puellarum recipiendarum numerus vix sufficeret §. eod. . . . . . . . . » 128
Cui Pamphyliano legato, si adderentur alia scuta mille annua, ex ejusdem Principis Hieronymi codicillo per viginti annos dicto Conservatorio persolvenda, sufficientes haberentur redditus, ad optatum finem consequendum §. eod. pag. 128
Pontifex bina legata Principis Pamphily, prævia derogatione illius codicillari dispositioni, mandat reinvestiri in bonis stabilibus §. 2. . . . . . . » ibid.
Jubet autem ut fructus post reinvestimentum percipiendi, detractis expensis manutentionis et stipendiis Minisitorum, erogentur in alimentis, et educatione in dicto Conservatorio tot puellarum Orphanarum Civitatis Viterbii, ad Episcopi nominationem §. eod. . . » ibid.
Insuperque jubet, ut puellis hisce in casu vel Matrimonii, vel Monachationis tradatur dos scutorum quadraginta, extendenda etiam pro variis circumstantiis ad scuta centum, comprehensis scutis viginti præcedenter a Conservatorio hoc, eodem dotis titulo tradi solitis §. eod. . . . . . . . . » ibid.
Quod ut facilius consequi possit, jubet pariter Pontifex, ut quotannis ex Conservatorii redditibus per illius deputatos deponantur quotannis in sacra Æde Pietatis Viterbii, scuta biscentum §. eod. . . . . . » ibid.
Voluit autem, quod puellæ quotidie recitare tenerentur psalmum *De profundis* in expiationem animæ Principis Testatoris, et celebrentur quotannis, in illius obitus Aniversario, decem missæ lectæ, præter aliam Cantatam §. eod. . . . . . » ibid.
Tandem jussit ut singulæ puellæ, dumodo sufficientem ætatem habeant, eadem Anniversaria die, in suffragium prælaudati Principis Hieronymi, Sacram Eucharistiam sumere tenerentur §. eod. . . . » 129
Quum autem domus Conservatorii ita angusta esset, ut octo, vel novem lectulos in quolibet cubiculo retinere necesse esset, neque novam construere ampliorem domum, sine reddituum dispersione possibile foret, hinc Viterbiensis Episcopus, proposuit cessionem Conservatorio Episcopalis Palatii

Collegiatæ S. Sixti ejus Civitatis proxime adherens Constit. 225. §. 2. . . . . . pag. 129
Quæ sane cessio nullum Episcopali Mensæ, et Episcopis detrimentum affert, qui amplo satis, et comodo alio ditatur Palatio, Cathedrali Ecclesiæ contiguo, quod Epicopi constanter habitant §. Eod. . » ibid.
Cui postulationi, et ad expositum finem, Apostolica auctoritate Pontifex est assentitus §. 3. . . . . . . . . . » 130

### CONSTITUTIONES APOSTOLICÆ CONFIRMATÆ ET EXTENSÆ

Constitutionem Alexandri VII. diei 19. Aprilis 1665, et alteram Benedicti XIV. diei 15. Junii 1752 confirmavit Clemens XIII. super observantia Statutorum, et reformationum Ordinis Monachorum Cisterciensium. Contit 159. §. 6. . . . . . . » 21
Constitutiones suas dierum 28. Augusti 1758, et 10 Januarii 1759, confirmavit, et exequi mandavit hac Const. 183. §. 6. » 63
Constitutionem Leonis X. Kal. Julii Anno VIII, itemque Clementis VII. Kal. Decembris anno III. quoad alternativam collationem Beneficiorum in Poloniæ Regno, confirmavit Clemens XIII. Constitutione sua diei 2. Augusti 1763. quæ est 366 §. 4. . » 392

### CONSTITUTIONES APOSTOLICÆ REVOCATÆ, ET REFORMATÆ

Literas Benedicti XIV die 8 Jan. 1741 quoad ætatem necessariam pro receptione puellarum in Monasteriis Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo Discalceatorum, revocavit, et annullavit Clemens XIII. Constitutione diei 20. Julii 1762, quæ est 295. . . . . . . . . . . » 279
Constitutio Leonis X. quarto Kal. Junii 1517. qua mandabatur, ut in Capitulo Generali Ordinis Minorum Observantium, accedere deberent omnes Ministri, et Custodes, seu Vocales, tam Cismontani quam, Ultramontani, imminuto vocalium numero, reformata fuit a Clemente XIII. Cons. diei 5 Januarii 1762, quæ est 328 §. 5. pag. 327
Constitutio Alexandri VII. diei 25 Decembris 1661; qua Collegium Bononiense Clericorum Regularium Congregationis Somaschiæ, administrationi Provinciæ Romanæ supposuit, moderata fuit a Clemente XIII. Const. diei. 21. Aprilis 1763; qua Collegium idem permisit alternative administrari a tribus Provinciis prælaudatæ Congregationis Constitut. 343. §. 3. » 348
Constitutio Benedicti XIV diei 21 Decembris 1744, qua Judicibus recursus, vetabatur propinarum perceptio, revocata in hac parte fuit a Clemente XIII pro Civitate Spoleti, ejusque Districtu, ut ex Const. 355. §. 3. » 380

# D

### DECRETA S. CONGRRGATIONIS BONI REGIMINIS

Decreto diei 29. Januarii 1763. demandatum fuit, procedendum esse ad concordiam, stipulandam etiam ex Officio inter Monasterium Carthusianorum *di Trisulti*, et Comunitatem Civitatis Alatrii, super prætensionibus in bonis finitimis Latifundio *di Ticchiena* Constit. 348. §. 2. . . . . . . » 356

### DECRETA S. CONGREGATIONIS CONCILII

Decreto diei 20 Novembris 1762. declaratum fuit, Bullam Bonifacii IX Undecimo Kal. Jan. 1402 concedentem exemptionem Capitulo Viscehradensi a jurisdictione Archiepiscopi Pragensis, revocatam fuisse. Const. 336. §. 4. . . . . . . . . » 337

### DECRETA S. CONGREGATIONIS EPISCOPORUM ET REGULARIUM

Decreto diei 21. Augusti 1761. approbatæ fuere reformationes Constitutionibus Ordinis Fratrum Sanctissimæ Trinitatis Re-

demptionis captivorum Discalceatorum, propositæ a Diffinitorio, Generali, et Fratribus ipsius Ordinis Constit. 246. §. 1. pag. 197
Decreto diei 10. Septembris 1762, declaratum fuit, non esse permittendum Religiosis Ordinis S. Francisci Discalceatorum Provinciæ S. Gregorii Philippinarum, transitum ad aliam Provinciam, nisi expleto decennio ab incorporatione, sub nullitatis vitio, aliisque pœnis. Const. 320. §. 5. . . . . . » 317
Decreto diei 20 Maii 1763. approbata fuit concordia a Sacra Congregatione Boni Regiminis stipulata ex Officio inter Monasterium Carthusianorum *di Trisulti*, et Comunitatem Civitatis Alatrii super prætensionibus in bonis finitimis Latifundio *di Ticchiena*. Constit. 348. §. 3. . . . . . . . » 362

DECRETA SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS

Decreto diei 21. Novembris 1757, Sacra hæc Congregatio proibuit Opus Gallico inscriptum idiomate, et in plures Tomos distributum hoc titulo = *Exposition de la Doctrine Chrètienne, ou instructions sur les principales veritèes de la Religion* = Constit. 228. §. 1. . . . . » 132

DECRETA S. CONGREGATIONIS DE PROPAGANDA FIDE

Decreto diei 20. Septembris 1762 statutum fuit, nil esse innovandum quoad statuta Collegii Pachecani in Indiis, pro Missionibus Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci Discalceatorum. Constit. 327. §. 3. . » 324

DECRETA S. CONGREGATIONIS RITUUM

Decreto diei 9. Februarii 1762, approbatæ fuere lectiones secundi Nocturni B. Martini de Ascensione de Aguirre Martyris, Ordinis Minorum S. Francisci Discalceatorum, et indultum, ut eædem ab utroque Clero Seculari, et Regulari Villæ Vergara, et Universæ Diœcesis Calaguritanæ die 5. Febr. cujuscumque anni perlegi possint. Const. 171. §. 1. pag. 231
Quod sane decretum Pontificia auctoritate confirmatum fuit. §. 2. . . . . . . . . . » ibid.

DEPOSITUM IN ARCE S. ANGELI

Exponitur infelix Urbis, et Apostolicæ ditionis status ob Annonæ caritatem. Alloquut. 419. §. 1. . . . . . . . . . » 464
Ad quas necessitates superandas nulla alia media adesse Pontifici visa sunt, quam extractionem scutorum quingentorum millium ex deposito in Arce S. Angeli jam alias sub strictissimis legibus facto a S. M. Xisto V. §. 2. . . . » 465
Cujus prædecessoris leges tam in extractione pecuniæ, quam in illius repositione se ad unguem servaturum fore Pontifex declarat Cardinalibus in secreto Consistorio coadunatis §. 3. » ibid.
Cardinalium requisito voto, illoque favorabili obtento, propositam pecuniarum extractionem decernit, legesque dicit servandas tum pro pecuniæ erogatione, quam pro illius repositione præsentibus necessitatibus cessatis §. 3. . . » ibid.
Quo Pontificio decreto emisso, Cardinales consistorio præsentes proprium votum pro illius exequutione emiserunt, et propria manu signarunt, ut in Xistinis Constitutionibus demandabatur. §. 4. . . . . » 466

DIMISSORIALES LITERÆ

Vide *Sardiniæ Regnum*

DIŒCESIS CALARITANA.

Diœcesis Calaritana nimis ampla incomodisque referta, sub uno tantum Pastore regi recte nequibat. Const. 349. §. 2. . » 363
Quum vero in Ecclesiensi, olim Sulcitana Civitate, existeret etiam nunc Cathedralis Ecclesia, Capitulum, et Mensa Episcopalis, comode hinc poterat de separato Pastore provideri §. 3. » ibid.
Adeoque Pontifex prævia præce-

dentis unionis cum Calaritana Ecclesia abrogatione, iterum Sulcitanam, seu Ecclesiensem Diœcesim separavit, proprioque Pastore regi jussit, suffraganeo tamen Archiepiscopi Calaritani §. 4. . . pag. 364
Taxa vero dismembrata fuit a Calaritana Diœcesi, quæ persolvenda esset in posterum in Ecclesiensis Ecclesiæ provisione. §. 7. . . . . . . . » ibid.

### DIOECESIS SULCITANA, SIVE ECCLESIENSIS

Vide. *Titulum superiorem.*

### DISCIPLINA.

Præstat ea in Ecclesiastica disciplina temperare, quæ hanc exhibeant necessitatem pro ætatum, et temporum conditione. Constit. 417. §. 1. . » 462
In qua re, hæc servanda conditio est, ut in iis quæ vel dubia sunt, vel obscura, id sequamur, quod nec præceptis Evangelicis contrarium, nec Decretis Sanctorum Patrum invenitur adversum §. eod. . » ibid.

### DOMUS CORRECTIONIS, ET POENITENTIÆ IN CIVITATE CORNETI

Urbanus VIII. domum correctionis Corneti, ad coercendos Ecclesiasticos, tam Seculares, quam Regulares construere fecit, et Cardinalis Vicarii in Urbe protectioni supposuit. Constit. 312. §. 2. . . . . . » 304
Incuria Ministrorum factum est, ut non ea haberentur a corrigendis resipiscentiæ signa, quæ profuturam eis correctionem ostenderent §. 3. . . . » 305
Hinc pro majori utilitate regimen domus correctionis Episcopo Montis falisci, et Corneti tribuitur §. 4. . . . » ibid.
Quod sane regimen Domum respicit, et Ministros in ea existentes §. 5. . . . . . » ibid.
Facultates eidem Episcopo tribuitur, regulas condendi, correctionis domui utiles §. 6. » ibid.
Itemque decernendi testimoniales post correctionis tempus absolutum §. 7. . . . . » ibid.

### DOMUS LAURETANA

Romani Pontifices sedulo decori, atque splendori Lauretanæ Domus conservandis, et augendis incubuere. Constit. 356. §. 1. . . . . . . . pag. 380
Hinc quamplurima privilegia indulta fuere iis, qui Lauretanæ domus servitio essent addicti §. 2. . . . . . . . » ibid.
Milites vulgo *Corazzieri* Lauretanæ domui addicti, inter continuo illi inservientes accensentur §. 3. . . . . . . » 381
Adeoque Militibus hisce, eadem privilegia concessa fuere, quibus pollent illius Domus servitio, continuo addicti §. 4. » ibid.

### DOMUS PAUPERUM MENDICANTIUM IN CIVITATE REGII

Canonicus Carolus Bellincini Regensis, testamento suo jussit, ut ex illius hæreditate, Domus in sua Civitate erigeretur sub nomine domus Jesu Christi, regenda a Fratribus Ordinis Minorum S. Francisci Cappuccinorum, pro recipiendis pauperibus mendicantibus Regiensibus, et cum Constitutione Domus Parisiensis. Constitut. 170. §. 1. . . . . » 42
At quum Regii alia existeret Mendicantium Domus pro pueris puellisque pauperibus recipiendis, satis amplo ditata Ædificio, hinc supplicatum fuit pro derogatione dispositionis Bellinciniæ, ejusque hæreditatis incorporatione præcedenti Mendicantium Domui, pro Mendicantibus recipiendis, subrogatis Presbyteris Secularibus, Sacerdotibus Cappuccinis §. 2. » ibid.
Pro qua derogatione favorabilem sensum patefecit Episcopus Regiensis, votumque suum Sacra probavit Congregatio interpretationi Trydentini Concilii præposita §. 3. . . . » ibid.
Pontifex derogationem postulatam approbavit, ejusque exequutionem Regiensi Episcopo comisit. §. 4. . . . . » 43

### DUX BADENSIS

Ducis pietatem, et Religionem comendat pro studio quo cu-

rat controversias componere inter Episcopum Spirensem, et Abbatem Tennebacensem super Asceterio Lucidæ Vallis Epist. 245. §. unic. . pag. 195
Eidem significat, nil magis Pontificis cordi esse, quam quæ Sacri Canones, et Apostolicæ Constitutiones præcipiunt de potestate Episcopi in Cænobia Sanctimonialium Regularibus subjecta servanda ex una, et vicissim Privilegia a Summis Pontificibus Regularibus concessa haud violari §. eod. » ibid.

DUX BAVARIÆ

Animi anxietatem pro imminenti Germanicis Ecclesiis periculo exprimit, et infelicem Catholicorum statum sub Acatholicis Principibus Epist. 225. §. 1. . . . . . . . . . 130
Bavariæ Ducem hortatur, ut pro Ducalis familiæ Religione, detrimentum afferri Ecclesiasticis in Germania rebus, non sinat §. 2. . . . . . . » ibid.
Ageretur siquidem de Germanici Corporis constitutione immutanda, cujus nobilissima pars est Bavarica domus, constituti Ordinis, antiquarumque sanctionum retentissima §. eod. » ibid.
Præcedentes huic Duci concessiones factas super perceptione decimarum, ab Ecclesiasticis personis commemorat. Epist. 416. §. 1. . . . . » 461
Causas exprimit cur talis perceptionis prorogationem indulgere nequeat, et suum desiderium gratificandi huic Principi, dum alia opportuna sese præbeat occasio §. 8. . . . . . . . . » 462

# E

EPISCOPUS IN GENERE

Ætas annorum viginti septem satis non est, ut quis ad Episcopatum promoveri possit. Constit. 157 §. 3. . . . . » 6
Romani Pontifices, semper cordi habuere, ut Episcoporum jura sarcta, tecta serventur. Const. 160. §. 2. . . . . » 22
Quæ se se referunt ad appellationes a judiciis Episcoporum, ea collegit Benedictus XIV. Constitutione sua 5. kal. Aprilis 1742. relata in Constitut. hac §. 3. . . . . . . pag. 22
Episcopi, qui apud barbaras gentes mittuntur, Apostolorum, et Discipulorum Christi Domini repræhesentant imaginem, et tamquam Oves sunt missæ in medio Luporum. Const. 163. §. unic. . . . . . . . . » 26
Nil magis convenit Episcoporum muneri quam assidua cogitatione versari, quanam potissimum ratione possit impendentibus malis occurrere, animarum saluti consulere, Christi gloriæ omnibus in rebus servire. Epist. 175. §. unic. » 46
Episcopus titularis in partibus, ut quis eligatur, non sat est quod vir probus, et doctus sit, atque Ecclesiastico præstimonio facile ditandus, sed concurrant oportet Ecclesiæ necessitas, et magna illius utilitas. Epist. 176. §. unic. » ibid.
Ex Summorum Pontificium, et Conciliorum sanctionibus, vetitum est plures Episcopatus eodem tempore tenere, quod confirmatum fuit ab Constitutione Clementis VII. Epist. 194. §. unic. . . . . . . . » 82
Episcopi habent quædam propria jura etiam in Monasteriis Monialium, quæ regularibus Prælatis sunt subjecta. Epist. 222. §. 2. . . . » 126
Quum vero ex altera parte Romani Pontifices Regularibus Prælatis jura quædam concesserint, quæ transgredi minime licet. §. eod. . . . » ibid.
Hinc necesse est, suis ita juribus uti Episcopum, ut Regularium privilegia non abroget, et ita vicissim §. eod. . . » ibid.
Quod si horiatur dissentio inter Episcopum, et Prælatum Regularem, Romano Pontifici spectat præcipere, ut ambo inter præscriptos fines contineantur. §. eod. . . . . . . ibid.
Episcopos titulares creare, absque evidenti Ecclesiæ necessitate, vel utilitate, prohibet Canonica disciplina Epist. 244. §. 1. pag. 194. Epist. 251. §. 2. » 204
Quod si Episcopus, vel in gravi reperiatur ætate, vel aliis

momentosis occupationibus detineatur, tunc ei Episcopum Adjutorem concedere solet Sancta Sedes. Epist. 244. §. 2. pag. 194

EPISCOPUS ALEPENSIS

Ejus vigilantiam, et zelum comendat pro rebus Religionis gerendis Epist. 336 §. 1. . » 335
Eidem significat, se mandasse, ne Missionarii audeant eumdem in sua auctoritate deturbare. §. 2. . . . . . . » 336

EPISCOPUS ARGENTORATENSIS

Significat Pontifex huic Episcopo, Ecclesiam semper abhorruisse a Matrimoniis inter Catholicos, et Hæreticos. Epist. 387. §. 1. . . . . . . . » 425
Mater siquidem Acatholica semper soboli suæ, propriæ Religionis præcepta insinuare curabit §. 2. . . . . . . . » ibid.
Majora autem damna soboli obventura sunt ex Paterna auctoritate, si is alicui sectæ addictus sit. §. 3. . . . . . . » ibid.
Adeoque omnis Catholicorum sollicitudo semper adhibita, ad hæc impedienda Matrimonia, evanescet, quoties in posterum foret ad illorum celebrationem deveniendum. §. 4. . . . » 426
Hunc Episcopum hortatur, ut ex adductis rationibus, hujusmodi Matrimoniis obsistat §. 5. . . . . . . . . . » ibid.

EPISCOPUS AUGUSTANUS

Dolet quod Augustanæ Civitatis Magistratus Ecclesiæ auctoritati resistant, et pro nihilo habeant censuras, quibus adstringuntur. Epist. 398. §. unico . . . . . . . . . » 242
Reprobat autem hujus Episcopi consilium occludendi aditum ad Canonicatos Collegiatæ S. Mauritii, Patriciis omnibus dictæ Civitatis, illorumque filiis §. eod. » ibid.
Quamquam etenim novum in Ecclesia non sit, Parentum culpam aliquando in filiis puniri. §. eod. . . . . . . » ibid.
Attamen præferenda est moderatio, experiendo scilicet quid assequi possit, prius cohortando, monendo, et graviora etiam minitando. §. eod. pag. 442
Quum vero inter Patritios, quamplures adesse possint, omni culpa vacantes, hinc horum filii tantumodo ad Canonicatos consequendos sunt admittendi §. eod. . . . . . » ibid.
Hac enim methodo, qui modo auctoritatem, dignitatemque Ecclesiæ contemnunt, sentient, filios quidem suos tacite excludi, quin eorum quærelis aditus esse possit. §. eod. » ibid.

EPISCOPUS BAJONENSIS.

Cum Bajonensi condoletur Episcopo pro grassantibus in Gallicis Regnis contra Religionem persequutionibus Epist. 383. §. 1. » 421
Monet Gallicanos Episcopos contra perversorum insidias, quibus insinuare pertentat, non id roboris esse Romanæ Sedi, ad eorum machinationes convellendas §. 2. . . . . » 422
Constantem esse Apostolicæ Sedis sententiam de expurganda Ecclesia Dei ab perversorum erroribus, ad quod consequendum, Gallicani Cleri unio, et Francorum Regis pietas conferri quamplurimum possunt §. 3. . . . . . . . . » ibid.

EPISCOPUS BITTERRENSIS

Quæ sint in Gallia Religioni adversantia mala exprimit, quantaque graviora immineant. Epist. 384. §. 1. . . . . . . » 422
Hæ autem tribulationes a Deo permittuntur, non ut constantia in fide decutiatur, sed ut illa magis probetur §. 2. . » 423
Intima itaque conjunctione curandum, ut Jansenianæ sectæ eludantur conatus, quibus student, Episcopos ab Romana Sede alienare §. 3. . , » ibid.
Insuperque incumbendum Encyclichæ Benedicti XIV. observantiæ super Constitutione *Unigenitus* sacrilege conculcata §. 4. . . . . . . . . . » ibid.

EPISCOPUS BURGI S. DONNINI

Preces Pontifici porrexerat Episcopus hic pro festorum die-

rum reductione in sua Diœcesi Const. 370. §. 2. . pag. 398
Pontifex, designatis specialibus diebus in quibus festivitatis præceptum servari vult, cæteras supprimit festivitates, sub onere tamen audiendi Missam §.3.» ibid.
Episcopum hunc hortatur, ut populum edoceat de necessitate venerandi dies festos illosque sanctificandi §. 3. . . » ibid.

EPISCOPUS CAPUTAQUENSIS

Vide. *Monachi Benedictini Congregationis Montis Virginis*

EPISCOPUS CARTHAGINENSIS

Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Carthaginensis, constabat sex Dignitatibus, septem Canonicis, præter Canonicum Inquisitorem, nec non octo portionariis, et duodecim dimidiis portionariis Const. 252. §. 1. » 204
Servitium vero Ecclesiæ præstabatur a Capellanis, Musicis, et supradictis Capitularibus §. eod. . . . . . . . . » ibid.
Cupiens autem Episcopus Capitularium numerum augere, ab quatuor memoratis Dignitatibus, septem Canonicatibus, octo portionariis, et duodecim dimidiis portionariis certam redditauum portionem dismembravit, et superavit. §. eod. » 205
Deindeque quatuor alias dignitates, aliosque septem Canonicatus, et quatuor integras, tres autem dimidias portiones erexit, instituit, et fundavit §. eod. . . . . . . . . » ibid.
Voluit insuper qood novæ sic erectæ tres portiones assignarentur pro stipendio organorum modnlatoris, concentus moderatoris, et cærimoniarum Magistri. §. eod. . . » ibid.
Addidit etiam nonnulla alia ad servitium chori, atque ad perceptionem distributionum quotidianarum pertinentia, et onera imposterum adimplenda. §. eod. . . . . . . . . . » ibid.
Tandem modum in provisionibus, et collationibus novarum Dignitatum, Canonicatuum, integrarum, et dimidiarum portionum præscripsit, et declaravit §. eod. . . . . » ibid.
Quæ quidem omnia, supplicante Hispaniarum Rege, fuerunt Pontificia auctoritate confirmata, et approbata §. eod. pag. 205
Quum vero in Pontificiis literis nulla mentio facta fuerit de nonnullis litibus, quæ inter Episcopum, et Capitulum agebantur, permanserunt hinc lites ipsæ in statu, et terminis, in quibus reperiebantur §. 2. » ibid.
Hispaniarum Rex, cupiens, ut existentes omnes controversiæ, ad publicam quietem dirimerentur, quosdam articulos, seu concordiam proposuit ab Episcopo, et Capitulo deinde servandam §. eod. . . . » ibid.
Articulos vero, atque concordiam, prælaudatus Hispaniarum Rex, Pontifici pro approbatione supposuit §. 3. . . . . . » 206
Pontifex audita prius Sacra Congregatione Concilii, articulos, et concordiam præfatam approbavit, et perpetuo deinceps observari mandavit §. eodem » ibid.

EPISCOPUS CATANENSIS

Ad suas aures pervenisse, huic Antistiti Pontifex exprimit, quæ a laica potestate, in Religionis contemptum patrabantur Epist. 310. §. 1. . . » 302
Quæ sint erumnæ Catanensi Ecclesiæ obventæ, dinumerantur. §. 2. . . . . . . . . . » ibid.
Ad quas perniciosas avertendas novationes, Catholico Regi, alterique Utriusque Siciliæ, suas detulisse hortationes Pontifex significat. §. 3. . . » ibid.
Catanensem hunc Episcopum consolatur, eumque ab abdicationis Episcopatus proposito submovet §. 4. . . . . » 303

EPISCOPUS CONCEPTIONIS DE CHILE

Nominationem ad Episcopatum de Chile participat, et Catholici Regis desiderium ne a nominatione dissentiat Ep. 258. §. 1. . . . . . . . . . » 212
Præcipit Pontifex ut præfectioni in Episcopum assensum præstet, et Ecclesiæ possessionem illico suscipiat §. 2. » ibid.
Absolvit a quocumque voto de non acceptando ulla dignitate §. 3. ibid.

EPISCOPUS CONSERANENSIS.

Enumerantur mala, quibus magis in dies præmitur Gallica Ecclesia. Epistol. 392. §. 1. pag. 431
Adeoque hunc cæterosque commonet Galliarum Episcopos, ne in impiorum laqueos incidant, quibus conantur eos, ab intima cum Apostolica Sede conjunctione distrahere §. 2. . . » 432
Hunc laudat Episcopum, pro sincera cordis sui affectione, qua semper Apostolicam Sedem est prosequutus §. 3. . . . . » ibid.

EPISCOPUS DIENSIS

De calamitatibus, et tristissima conditione, qua adducta erat Diensis Diœcesis ob vastationes Calvinianorum nondum reparatas condolet cum illius Episcopo Epist. 185. §. unic. » 65
Qua de re comendat, illum reprobasse conventionem inter Canonicos Regulares S. Ruffi et Equites S. Lazzari, super translatione horum favore temporalium bonorum ad primos pertinentium, quibus reparari poterant perpessa Diensis Ecclesiæ infortunia §. eod. . . » ibid.
Promittit Pontifex, nullam fore capturum deliberationem, quatenus de probanda illa conventione requiratur, nisi audito prius consilio Sacræ Congregationis Consistorialis §. eod. » ibid.

EPISCOPUS GRATIANOPOLITANUS

Quantum prosit cunctis Christifidelibus, palam facere utilitatem, atque præstantiam Instituti Societatis Jesu, huic Episcopo demonstrat. Epist. 410. §. 1. . . . . . . . . . . » 454
Æditi ab hoc Episcopo operis, laudes exprimit, quo Janseniarorum profligantur calumniæ §. 2. . . . . . . » ibid.
Episcoporum in Galliis vigilantiam excitat, quo Ecclesiæ defensorum imminutus est numerus §. 3. . . . . . . . . » 455

EPISCOPUS HERBIPOLENSIS

Evulgatum in Germania opus nomine Justini Febronii, contra Pontificiam auctoritatem denunciat, et ut ab contentis in eo caveatur insinuat. Epist. 405. §. 1. . . . . . . . pag. 450
Hortatur ne sinat, in sua Diœcesi irrepere opus pestiferum, in animarum perniciem §. 2 » ibid.

EPISCOPUS LAUSANNENSIS

Attentis populi necessitatibus, Episcopus hic supplicaverat Sanctam Sedem pro Festorum reductione in sua Diœcesi obtinenda Constit. 417. §. 2. . » 462
Præcibus porrectis annuit Pontifex, designatis solemnioribus diebus in quibus integra permanere debeat festorum observantia, servato in diebus suppressis onere audiendi Missam §. 3. . . . . . . . . . . » 463

EPISCOPUS LODEVIENSIS

Suum dolorem exprimit pro malis, quibus Gallica Ecclesia grassatur, malaque ipsa non sine mœrore dinumerat. Epist. 377. §. 1 . . . . . . . » 411
Tantorum malorum causa, a nova quadam inducta Philosophia repetenda est §. 2 . . . . » 412
Religione subversa ab impiis novatoribus, temporalis cujuscumque potestatis ruina sequi ex necessitate debet §. 3 . » ibid.
Tanta spiritualium, et temporalium rerum jactura, potissimam originem ducit a Jansenii sectatoribus §. 4 . . » ibid.
Qua in Religionis clade, Apostolicum implorarunt auxilium Galliarum Episcopi, propriam promittentes fidelitatem §. 5 » ibid.
Pontifex Antistitum in Galliis zelum comendat, et maximam collocat spem in Gallicæ nationis pietate contra exiguum impiorum numerum §. 6 » ibid.
Eorum hinc Episcoporum consilium exquirit Pontifex, et quæ interim egerit ad grassantia mala evellenda indigitat; licet nullæ exinde utilitates prodierint §. 7 . . . . » 413
Comemorat, quæ Apostolica Sedes egit, ad impediendas injurias, contra institutum Societatis Jesu §. 8 . . . . » ibid.
Episcopum hunc hortatur, ut in suo zelo persistat, et concre-

ditarum Ovium custodiæ invigilet, dum diligentissimi adjutores fuerant undique dispersi §. 9. . . . . . pag. 414

EPISCOPUS MAJORICENSIS

Attentis populi circumstantiis, Episcopus hic festorum dierum reductionem a Romana Sede imploravit Constit. 400 §. 2 » 432
Quam imploratam reductionem Pontifex concessit, sub onere audiendi Missam, designatis specialibus diebus, in quibus integra præcepti observantia servanda esset §. 3. . . . . » 444

EPISCOPUS MIRAPICENSIS

Hujus Episcopi egregiam voluntatem in Catholicam Ecclesiam et conjunctionem cum cœteris Galliarum Antistitibus laudat. Epist. 388. §. 1 . . . . . » 426
In qua intima unione, ut perseveret obsecrat, ad impedienda Jansenistarum molimina, in semine dissidiorum posita §. 2. . . . . . . . . » 427

EPISCOPUS MONSPESULANUS

Se accepisse ait literas hujus Episcopi, aliorumque per Galliam Antistitum de infelici ibidem Religionis conditione agentes. Epist. 390. §. 1. . . . . » 428
In tanta Religiosarum rerum vastatione, constantem animum opponendum esse suadet, et de hujus Episcopi firma voluntate gratulatur §. 2. . » ibid.
Maximum Religioni in Gallia damnum attulit expulsio Clericorum Secularium Societatis Jesu, ad quam impediendam, omne studium, sed inutiliter convertit ApostolicaSedes §. 3 » 429
Tot calamitatum originem Pontifex repetit ex neglecta observantia Encyclichæ Benedicti XIV. super Constitutione Unigenitus §. 4. . . . . . . . » ibid.
Adeoque hunc, cæterosqueGalliarum Episcopos, ut stent omnes, uno Religionis spiritu constantes, et cum Apostolica Sede conjuncti §. 5. . . » ibid.

EPISCOPUS PARAENSIS

Episcopum hunc summopere comendat, pro eximio charitatis studio quo fragrat, et arduis periculis, queis occurrit, ut animas ad Christi Ovile reducat. Constit. 163 §. unic. pag. 26

EPISCOPUS PASSAVIENSIS

Pro impendentibus Germanicis Ecclesiis malis, præconceptum Pontifex exprimit dolorem Passaviensi Episcopo Epist. 22. §. 1. . . . . . . . . . » 131
Quæ futuræ sint Catholicis in Germania molestiæ, quatenus Ecclesiæ spiritualibus, et temporalibus opibus priventur, prænunciat. §. 2. . . . » ibid.
Sedulitate summa curasse refert, ne Germanicæ Ecclesiæ injuriam patiantur auxiliumque in hac tanta re a Passaviensis hoc Episcopo sibi promitti §. 3 » ibid.
Quum vero præsentibus literis nondum expeditis, ab Episcopo ipso alias Epistolas Pontifex accepisset, queis de sedulitate sua pro Germanicis Ecclesiis, testimonium præbet, id perjucundum Pontifex ipse sibi fuisse significat §. 4. . » 132

EPISCOPUS PIENTINUS

Cum Mareschallo Botta Adorno suum comunicat dolorem pro comissa violentia a Laicis Magistratibus in personam hujus Episcopi Epist. 407. §. 1 . » 452
Adeoque requirit ut Episcopus, illico ad suam sedem rovocetur, ne Apostolica Sedes cogatur, clavium potestate, illatam Ecclesiasticæ libertati injuriam vindicare §. 2. . » ibid.
Violentam hujus Episcopi expulsionem cum bonorum omnium scandalo, participat Francisco in Imperatorem Romanorum electo Epist. 412. §. 1. . » 456
Eidem exponit præcedentes literas perscriptas Mareschallo Botta Adorno, responsumque ab eo acceptum §. 2. . . » ibid.
Imperatoris dignitatem, et Religionem provocat, ad vitupcrandum hoc scandalum illico removendum §. 3. . . . . » 457

EPISCOPUS PLACENTINUS

Supplices preces Episcopus hic Pontifici porrexerat pro festorum dierum reductione in sua Diœcesi. Constit. 369. §. 2 pag. 397
Cujus precibus Pontifex annuit, solemnioribus designatis festivitatibus, religiose servandis, firmo tamen in suppressis diebus, onere audiendi Missam §.3 . . . . . . . . . » ibid.
Hunc hortatur Episcopum, ut populos edoceat, et edocere faciat in iis, quæ Religiosi cultus exercitium spectant §. 4 » ibid.

EPISCOPUS RIVENSIS

Quæ sint Gallicanæ Ecclesiæ infortunia, ex hujus Episcopi literis, Pontifex resumit Epist. 382 §. 1. . . . . . . . » 420
Ab Jansenistarum haud satis repressa hæresi, tot malorum causa repetenda, ad quam removendam Benedictus XIV Encyclicam transmisit, ab hoc etiam Pontifice confirmatam §. 2. . . . . . . . . . » 421
Insuperque ex neglecta Constitutione *Unigenitus*, divina ira commota, et perversorum hominum injuriæ adauctæ, ad quas reprimendas unio Gallicani Cleri, cum Apostolica Sede conferre potest §. 3. » ibid.

EPISCOPUS SAGUNTINUS

Controversiæ quamplurimæ ortæ erant inter Episcopum, et Canonicos Saguntinæ Ecclesiæ super respectivis prærogativis, et jurisdictionibus. Constit. 242 §. 1. . . . . . . . . » 182
Ad quas controversias dirimendas, Hispaniarum Rex Catholicus insinuavit, adhibendos fore Ecclesiasticos viros Compromissarios §. eod. . . » ibid.
Regiæ voluntati obsequentes partes, ad Compromissariorum electionem devenere §. 2. » ibid.
Quibus sic electis Compromissariis dubia resolvenda fuere proposita, quæ hic minutatim recensentur §. eod. . . . » ibid.
Compromissarii, propositis dubiis examinatis, et responsionibus hinc inde datis, ad laudi emanationem processerunt §. eod. » 189
Pro cujus laudi confirmatione Apostolica, partes supplices preces Pontifici porrexerunt §. 3. pag. 192
Pontifex Compromissasiorum laudum approbavit, confirmavit, et exequi mandavit §. 4. . » ibid.

EPISCOPUS SALUTIARUM

Hunc laudat Episcopum, quod Romanam Ecclesiam non solum habeat Magistram in iis quæ ad fidem pertinent, sed etiam quoad universalem disciplinam Epist. 345 §. 1. » 350
Sanctæ Sedis constans fuit jurisprudentia, ut servaret immunitatis beneficium favore minorum §. 2. . . . . » 351
Dirimitur contraria interpretratio circa immunitatem, quoad minores in casu etiam atrocissimorum criminum §. 3. . » ibid.
Præbetur imo uberior explicatio præcedentium declarationum, quoad immunitatem Ecclesiasticam §. 4. . . . . . . » ibid.
Demonstratur, erroneum esse principium in hac materia quod in dubio standum sit pro exclusione immunitatis §. 5. . » 352
Parvi siquidem compendii est pro societate, quod ab immunitatis beneficio minores excludantur §. 6. . . . . . . » ibid.

EPISCOPUS SPIRENSIS

Tandem Summus Pontifex, omnia, et singula gesta hac de re confirmavit Apostolica sua auctoritate §. 3. . . . . . » ibid.

MONACHI CISTERCIENSES

Alexander VII. quum cognovisset Cisterciensem Familiam a primæva Religiosæ institutionis semita deflexisse, animum induxit ad Monasticam disciplinam in ea restituendam. Constit. 159. §. 2. . . . . . » 13
Adeoque particulari Cardinalium Congregationi comisit, ut reformationis capita a tunc temporis Supremo totius Ordinis Præfecto, aliisque Monachis proposita, diligenter perpenderet §. eod. . . . . . » ibid.
Quo expleto, propositas reformationes, Apostolici roboris munimine confirmavit, et ab universis Cisterciensis Familiæ Alumnis custodiri præcepit §. eod. . . . . . . . . . » ibid.
Abbates Cistercienses, cæterique Ordinis Superiores curare debent, ut ab utriusque sexus subditis, exentialia vota inviolabiliter observentur §. eod. » ibid.
Abbates Cistercienses, et omnes Conventus, habere debent propria sigilla, novique Abbates tenentur præstare juramentum de non alienandis, et impignorandis bonis Manasterii, ac de pecuniis, et redditibus illius inutiliter non expendendis §. eod. . . . . . . . » 14
Omnes hujus Ordinis Officiales, idem juramentum præstare debent, de suis muniis fideliter exercendis, et de mutuis non contrahendis, nisi servatis Constitutionibus Apostolicis §. eod. » ibid.
Anno quovis expleri debent in hoc Ordine visitationes regu-

lares; queis prudenter, charitative, et cum pietate prospiciatur animarum saluti, cultui divino, votorum exentialium observantiæ, aliisque quæ ad mores correctionem, et personarum Regularium edificationem, nec non administrationem, et satum temporalem pertinent §. eod. pag. 14

Visitatores se abstinere debent ab omni donorum receptione, ac etiam ne nimio numeroso comitatu, et familia, gravioribus expensis quam par est Monasteria onerentur §. eod. » ibid.

Visitatores, tempore Visitationis manducare debent in refectorio cum Fratribus, ad Disciplinam servandam §. eod. » ibid.

Abbates Cistercienses etiam perpetui, subijacere debent Visitationi, et correctioni Visitatorum etiam non Abbatum §. eod. . . . . . . . . » ibid.

Itemque jurisdictionis suspensioni, aliisque Ecclesiasticis pœnis, et censuris, servato juris ordine, cogendi sunt ad sufficientem numerum Monachorum, debite, et religiose enutriendum, ad ædificiorum reparationes, ad annuas Ordinis contributiones solvendas, et communia Ordinis, et Provinciarum onera substinenda §. eodem. . . . . . . . . . » ibid.

Abbates Cistercienses tenentur ad residentiam in propriis Monasteriis, prout de jure, neque in Castellis, Grangiis, aut alibi extra septa Monasterii commorare possunt §. eod. . » ibid.

Abbates Cistercienses, sub pœna privationis vocis activæ ipso facto incurrendæ nequennt, absque expressa Summi Pontificis licentia suscipere regimen, aut visitationem quarumcumque Monialium alterius Ordinis §. eod. . . . . . . » ibid.

Nulla permittitur in hoc Ordine partitio bonorum, fructuum, redditaum, et proventuum inter Abbates, Conventus, atque Officiales Monasteriorum, sed cuncta ad communem usum deputanda sunt §. eod. . » ibid.

Nisi a Capitulo Generali, vel a comitiis intermediis aliter judicetur, pro meliori regimine, et utilitate quorumdam Monasteriorum, ad impediendas dilapidationes §. eod. . . pag. 14

Superiores, et Visitatores hujus Ordinis, procurare debent, ut in Monasteriis comendatis, quantum fieri poterit, assignentur in bonis stabilibus, pensiones Religiosorum, et famulantium §. eod. . . . . » ibid.

Capitulum Generale quolibet triennio celebrari debet apud Cistercium §. eod. . . . . » ibid.

Capitulo Generali interesse tenentur omnes Abbates, nec non illi a Congregationibus deputati, Procuratores, Visitatores, Syndaci Provinciarum, et Collegiorum Provisores, seu Rectores, nisi legitime fuerint impediti, aut ob justas causas excusati §. eod. . . . . » ibid.

Omnes supra relati, Capitulo Generali rationes reddere debent de sibi comissis muneribus actis et per se gestis, et de agendis, et reformandis in posterum de timore Dei, juxta regularia Ordinis instituta, et Constitutiones Apostolicas §. eodem. . . . . . . . . » ibid.

In Capitulis Generalibus, soli Diffinitores vocem decisivam, in diffinitionibus audiendis, habent §. eod. . . . . . » ibid.

Attamen voce consultiva pollent omnes Abbates, et aliæ personæ idoneæ, et de Ordine benemeritæ, judicio Abbatis Generalis, et quatuor priorum Abbatum designandæ, nominandæque post electionem Diffinitorum §. eod. . . . . » ibid.

Servandæ sunt Constitutiones Ordinis circa numerum eorum, quos Abbates venientes ad Capitulum secum ducere olim poterant §. eod. . . . . . » ibid.

Nemo, qui jure interveniendi minime polleat, vel non fuerit vocatus, ad Generalia Capitula accedere potest, absque licentia petita, et obtenta ab Abbate Generali §. eod. . » ibid.

Quolibet tempore intermedio, inter duo Capitula Generalia, die, et loco ab Abbate Generali designandis, haberi debet Conventus specialis, ad omnia agenda negocia, quæ matura indigent deliberatione §. eod. . . . . . . . . . » ibid.

Ad hunc Conventum accedent

Abbas ipse Generalis, et quatuor primi Abbates, una cum aliis Ex-visitatoribus Provincialibus Monasteriorum utriusque Observantiæ, Præsidibus Congregationum, Procuratoribus Generalibus, et Syndacis Provinciarum, qui de negociis magni momenti agere debent §. eod. . . . . . . pag. 14
Ut autem celebratio dicti Conventus sit omnibus nota, Abbas Generalis, eam ante sex menses indicere tenebitur Præsidibus Congregationum, Visitatoribus Provinciarum, Procuratoribus Generalibus, et Syndacis §. eod. . . . . . » ibid.
Præter hunc Conventum, nullus alius celebrari potest in toto Galliæ Regno, sub quocumque prætextu, nisi a Capitulo Generali fieri concedatur . » 15
Visitatores Provinciarum, et alii Officiales Monasteriorum communis Observantiæ, institui possunt non solum ex numero Religiosorum probatorum communis observantiæ, seu abstinentiæ, a Capitulo Generali, aut ipso cessante, ab Abbate Generali de consilio, et consensu quatuor priorum Abbatum §. eod. . . . . . » ibid.
Quod pariter servabitur quoad Provisorem Collegii Parisiensis, Procuratorem, Doctores, Regentes, et alios Officiales, secundum Benedicti XII. Constitutionem §. eod. . . . » ibid.
Eademque ratione, et consultis Provinciarum Visitatoribus quoad merita, vel demerita Religiosorum, instituendi, vel destituendi sunt Priores Claustrales, et Confessores in Monasteriis Monialium ad nutum amovibilis §. eod. . . . » ibid.
Id tamen observandum est, ut in Monasteriis Comendatis strictioris Observantiæ Virorum, ac Monialium, ii tantum instituantur, qui abstinentiam profitentur §. eod. . . . » ibid.
Omnes Ordinis Officiales, et Monasteriorum Priores, licet ad nutum amovibiles, tenentur quolibet triennio, suorum Officiorum, et Prioratum voluntariam dimissionem in scriptis facere, in manibus eorum, a quibus instituti sunt. §. eod. » ibid.
Hisce vero jus est, facultatem continuandi in Officiis, et Prioratibus concedere, quamdiu ipsos repererint, et judicaverint idoneos §. eod. . pag. 15
A Completorio, usque ad tempus Capituli diei sequentis, servandum est silentium in locis Regularibus, indulta tantum facultate petendi necessaria, submissa voce, absque conscientiæ scrupulo §. eod. . » ibid.
Forma Officii divini, et psallendi, quæ hactenus observata fuit ab Ecclesia Cisterciensi, ab omnibus aliis Ecclesiis dicti Ordinis custodienda est §. eod » ibid.
Ad quam servandam uniformitatem, omnes Cistercienses Monasterii uti debent iisdem ritibus, cantu, et libris ad diurnas, et Nocturnas horas, et Missas necessariis, secundum prædictam formam Cisterciensis Monasterii §. eod. » ibid.
Horis Canonicis, Officio Beatæ Virginis, et Defunctorum in choro recitandis, et decantandis, omnes, et singuli cum cocullis interesse debent, easque cum cantu Gregoriano persolvere §. eod. . . . . » ibid.
Monachi, diebus festis solemnioribus surgere debent hora secunda post mediam noctem, aliis vero diebus temperantius, prout a Capitulo Generali determinatum erit §. eod. . » ibid.
Horis vero Matutinis post Officium Beatæ Mariæ Virginis, et post Completorium, aut aliis horis competentibus, vacare debent per mediam horam, qualibet vice meditationi, et semel in anno per decem dies exercitiis spiritualibus §. eod. . . . » ibid.
Tam Monachi, quam Moniales cujuscumque gradus, tenentur recumbere in comuni dormitorio §. eod. . . . . . » ibid.
Excipiuntur ii, qui vel ratione Officiorum suorum, aut negociorum, aut alia justa causa, excusari promerentur, judicio Superiorum §. eod. . » ibid.
Tolleratur vero usus cellularum separatarum, ob modestiam majorem, et vitæ honestatem, non obstante contraria regula, et Constitutione Benedicti XII. §. eod. . . . . . ibid.
At hoc casu juxta decreta Cle-

mentis VIII. : clavis cellularum retinenda est a Superiore, ut cum sibi videtur, cellulas reserare possit. §. eod. pag. 16
Nemo etiam noctu cellulam ita claudere potest, quod aperiri a Superiore nequeat, et insuper foramen pro clavi, pendula, vel ductili tabula cooperiendum est §. eod. » ibid.
Monachi tenentur omnes recumbere vestiti, cum parvo Caputio albo, et habere lectisternia juxta regulas, nec non supellectilem statui paupertatis convenientem, sed tamen necessariam, non autem superfluam §. eod. » ibid.
Monachi incorrigibiles e Monasteriis, et Ordine ejiciendi sunt ad tramites decretorum S. Congregationis Concilii, de *Regularibus Apostatis, et ejectis* §. eod. » ibid.
Officiales tantummodo ad nutum amovibilis, et prout eis injunxerit Abbas, administrationem bonorum habere debeat, secundum decretumConcilii Tridentini §. eod. » ibid.
De omnibus autem receptis, et expensis coram Abbate, vel Superiore, et senioribus Domus fidelem reddere tenentur rationem §. eod. » ibid.
Pecuniæ retinendæ sunt ab uno Bursario deputando per Abbatem, vel Superiorem, sed consilio seniorum, in Arca sub tribus clavibus, quarum una Abbas, aut Superior, aliam Senior Domus, tertiam idem Bursarius retinere debent §.eod. » ibid.
Interdicitur Superioribus respectivis administratio, et dispensatio pecuniarum, et redditnum sui Conventus, etiam nomine Conventus, sed tres Fratres a Generali deputandi sunt quorum unus redditus recolligere, alter pecunias, resque recollectas retinere, alter vero ad jussum Superioris recepta distribuere, juxta charitatis regulas teneantur §. eod. » ibid.
Rigurosa vita comunis observanda est juxta Concilium Trydentinum, Benedicti XII. et Clementis VIII. decreta §.eod. » ibid.
Qui abstinentiam a carnibus professi sunt, nequeunt ad communem Ordinis observantiam transire, nisi petita, et obtenta facultate a Summo Pontifice, vel a Capitulo Generali, et eo cessante ab Abbate Cistercii §. eod. pag. 16
Qui vero comuni observantiæ tantummodo tenetur, nequeunt ad perpetuam abstinentiam transire, nisi petita saltem licentia a suo Patre immediate §. eod. » ibid.
Superiores cogere nequeunt ad abstinentiam eos, qui non fuerint in ea educati §. eod. » ibid.
Nemo uti licentia potest vescendi carnibus ab Apostolica auctoritate concessa omnibus Regularibus Ordinis etiam sanis, nisi tribus diebus saltem in hebdomada, extra tempus Adventus, Septuagesimæ, et aliud ab Ecclesia prohibitum §. eod. » ibid.
Jejunia, vel Ecclesiastica, vel a regula præscripta, servanda sunt Ecclesiastica moderatione habita ratione, circa tempus refectionis, senum, juniorem et infirmorum §. eod. » ibid.
A Jejuniis regulæ, Superioribus est facultas dispensandi, pro personarum, locorum, regionum, et anni tempestatum consideratione §. eod, » ibid.
Superiores Monasteriorum ferventiores esse debent ad hospitalitatem, servata tamen frugalitate §. eod. » 17
Nequeunt Religiosi manducare cum consanguineis, et aliis supervenientibus, in dormitorio, cameris privatis, vel extra loca a Superioribus destinata §. eod. » ibid.
Monialibus interdicitur manducare, vel ad crates, vel in loquutorio cum quibuscumque tam Secularibus, quam Regularibus §.eod. » ibid.
Sine Superioris licentia, non permittitur, vel literas aperire alicui directas, vel dirigendas mittere, sed uno sigillo penes Priorem retinendo, omnes literæ sigillari debent §. eod. » ibid.
Omnes Abbates, et Monachi ejusdem Ordinis, habito uniformi, modesto, atque decenti uti debent §. eod. » ibid.
Interdicitur Abbatibus intra claustra Monasteriorum suorum pilea deferre, sed Religioso

more se se operire tenentur, et in Monasteriis ipsis cum Caputiis incedere §. eod. pag. 17
Abbates, et Monachi se vestire debent pannis nigri, et albi coloris, et ab indusiis, et collaribus lineis abstinere, sed laneis tantum uti, fomoralibusque similibus §. eod. » ibid.
Abbatibus, et Monachis prohibetur capillos, et barbam colere, vel alere prominentes in superiori labro pilos, sed barbam, et capillos circumquaque tondere, relicta in capite Monachali chorona §. eod. » ibid.
Juvanes, qui ad studia non satis propensi judicantur, honestam aliquam artem ediscere coguntur ad vitandam otiositatem §. eod. » ibid.
Ut aliquis in novitium recipiatur, sufficienti literatura instructus esse debet, et probationem perficere tenetur in habitu seculari in propriis domibus §. eod. » ibid.
Novitii recipiuntur a Visitatore Provinciæ, et Novitiorum Magistro, et prævio examine habitum suscipiunt, et probationem super observantia regulæ explent §. eod. » ibid.
Seminaria, seu Professoria Novitios recipiunt pro eruditione ad pietatis, et Religionis exercitium, atque regulæ observantiam, neque ad Ordines, et gradus admittuntur, qui probatæ vitæ, et sufficientiæ testimonia non dederint §. eod. » ibid.
Monachi si renuant ad alia Monasteria sese transferre, compellendi non sunt, nisi ob grave aliquod crimen, quod in eodem Monasterio emendari facile non possit §. eod. » ibid.
Superiores, et Superiores Ordinis attamen, si eis expediens videatur, possunt Monachos ad alia ejusdem Ordinis Monasteria transferre, aliasque idoneas personas subrogare in beneficium Novitiatuum, et Seminariorum §. eod. » 18
Qui huic reformationi se se submittere recusant, cogendi sunt sese trasferre ad alia Monasteria, per visitatorem Provinciæ eis designanda, ibique commorare sub carcerationis pœna §. eod. » ibid.
Designata autem Monasteria tenentur illos recipere, et eos tamquam filios, et Professos habere, sub pœnis interdicti, aliisque censuris §. eod. pag. 18
Solus Visitator, seu Præses Provinciæ dare potest licentiam conveniendi Superiores Majores, vel extra quatuor Dietas a Monasterio proficiscendi, quæ licentia debet esse in scriptis, et sigillo Provinciæ munita §. eod. » ibid.
Nemo potest in Abbatem Generalem eligi qui in Ordine non sit expresse professus sub nullitatis electionis pœna, et privationis vocis activæ, et passivæ in perpetuum contra electores incurrenda ipso facto absque ulla declaratione §. eod. » ibid.
Electio Abbatis Generalis explenda est, absque inordinato ambitu per scrutinium in quo omnes Monachi utriusque observantiæ voce passiva gaudent §. eod. » ibid.
Superiores, et Religiosi tenentur ad solutionem, adeoque non permittendum Religiosis ire ad oppida, vel pagos viciniores, nisi ex gravi necessitate, et cum Socio a Superiore destinando §. eod. » ibid.
Causæ mere Regulares, inter Ordinis personas emergentes, intra Ordinem terminari debent, neque permittitur alicui extra Ordinem appellare §. eod. » ibid.
Superiores ordinationes plenissime approbatæ fuerunt ab Alexandro VII. §. eod. » 19
Deindeque debita reverentia receptæ a subsequenti Capitulo Generali §. 3. » 20
Rigida postmodum observantia præmissarum Ordinationum demandata fuit a Benedicto XIV. pro Monasterio Salemitano §. eod. » ibid.
Ad quam observantiam confirmandam Clemens XIII. Constitutiones Alexandrinam, et Benedictinam confirmavit, et exequi voluit §. 6. » 21
Imo interdixit Abbati Generali, Capitulo Generali, Pontificiis Nunciis, et Cardinalibus Legatis, ne aliquid, inconsulta Apostolica Sede, de præfatis Constitutionibus immutare possent §. 7. » ibid.

Capitulum Generale hujus Ordinis Anno 1618 celebratum, facultatem fecit Abbati, Priori, et Monachis Monasterii Beatæ Mariæ Virginis de Obra Posnaniensis Diœcesis, dividendi, et partiendi bona, tum ad Abatialem, tum ad Conventualem Mensas spectantia Constit. 299. §. 1. . . pag. 286
Quæ sane divisio anno 1620 effectum sortita fuit §. eod. » ibid.
Ast tractu temporis maxima permixtio inter bona, ad Mensas prædictas spectantia irrepsit, ex quo controversiæ sub ortæ inter Abbatem, et Monachos prædictos §. eod. . . » ibid.
Ad quas controversias dirimendas, conferre plurimum visum est, si bona inter partes ita permutarentur, ut segregata deinceps, unusquisque propria cognosceret §. eod. . . . » ibid.
Qua de re quum fuerit Instrumentum confectum anno 1757 illudque ab Abbate Generali confirmatum, deinceps visum fuit, ut binæ portiores suis circumscriberentur finibus, terminique apponerentur, per publicum pariter Instrumentum §. eod. . . . . . . . . » ibid.
Ut autem quæ superius gesta sunt firmitatem majorem haberent, Apostolica auctoritate cuncta confirmata fuere §. 2. . . » 292

MONACHI MARONITÆ

Exorta erat divisio Monachos inter Maronitas, quos Monticulas vocant, et alios appellatos Hyerapolitas, qui uno eidemque Præfecto obtemperare recusabant, contra Monasticam disciplinam, quæ non patitur ut unum, idemque Corpus, duo habeat Capita. Constit. 168. §. 3. . . . . . . . . . » 40
Qua de re Sacra Congregatio Propagandæ Fidei, contra Monticulas decrevit, male hos sibi Præsulem constituisse in Regulæ contemptum, quam professi fuerant §. eod. . . . » ibid.

MONACHI ORDINIS S. BASILII MAGNI

Abbati Generali hujus Ordinis, præter facultates tributas a Constitutionibus, illæ etiam conceduntur Comissarii, et Visitatoris Apostolici in singulis etiam reformatis Provinciis existentibus in Hispaniarum Regnis. Const. 182. §. 2. . pag. 60
Quæ facultates singillatim enumerantur pro meliori regimine, et reformatione Ordinis §. eod. . . . . . . » ibid.
Jus pariter tribuitur eidem Abbati Generali, in casum dissidentiæ, eligendi Diffinitores, Abbates, et Officiales alios, qui in Capitulis Provincialibus eligendi fuissent. §. 3. . » ibid.
Cunctis hujus Ordinis Religiosis viris in prædictis Hispanicis Provinciis commorantibus, obedientia harum Pontificiarum Constitutionum injungitur §. 4. » ibid.
Urbanus VIII. Abbatiam Beatæ Virginis *de Rovito*, loci *de Rosarno* hujus Ordinis, pro substentatione Abbatis, et Procuratoris Generalium concessit. Constit. 183. §. 1. . . . . » 61
Præcedentes Urbani literas Benedictus XIV. constitutione sua Anni 1744 immutavit, et Abbatiæ redditibus privavit Abbates Generales, quos ex Provincia Hispanica eligi deinde contigerit §. 2. . . . . » ibid.
Benedictinam constitutionem moderavit, et præcedentis redditnum erogationis observantiam demandavit Clemens XIII. constitutione diei 28 Augusti 1758. §. 3. . . . . . . . . . » 62
Ad removenda dubia super alternativa electione Abbatis Generalis, ex Provinciis Italicis, et Hispanicis, aliam hic Pontifex constitutionem edidit die 10 Januarii 1759 §. 4. . » ibid.
Hisce tamen Apostolicis Constitutionibus minime obstantibus, nonulli Abbates, et Monachi Provinciarum Italiæ, putantes, dictas literas cessuras in detrimentum Provinciarum Italicarum, prædictis literis se se opposuerunt. §. 5. . . . . » ibid.
Quod sane negotium delatum fuit ad Capitula Provincialia, quæ unanimiter eo fuerunt in sensu, ut redditus præfatæ Abbatiæ omnibus indiscriminatim Abbatibus Generalibus tribuerentur, sive in Hispania, sive in Italia §. 8. . . . . » ibid.

Quæ deinde resolutio quum probata fuerit a Dieta Generali Ordinis, supplicatum Pontifici fuit, ut præcedentes hac de re Constitutiones confirmare dignaretur §. eod. . . pag. 62
Pontifex attento præfato consensu, præcedentes suas Constitutiones quoad Abbadiam de *Rosarno* confirmat, et observari mandat. §. 6 . . . » 63
Inter cætera privilegia, quæ ex Pontificum concessionibus perfuebant, Superiores, et Monachi hujus Ordinis, accensebatur facultas construendi Altare privatum in quibuscumque locis tenimentorum suorum ad proprium usum, et respectivorum inservientium. Constit. 200. §. 1. . . . » 87
Quum vero indultorum, et privilegiorum, quæ prius obtinuerant authographa deperdita tractu temporis fuissent, Gregorius XIII. omnibus, et singulis tum Superioribus, tum Monachis communicavit privilegia, et indulta queis gaudent Monachi Ordinis S. Benedicti Congñis Cassinensis §. eod. » ibid.
Post celebrationem vero Concilii Trydentini, eadem privilegia, et gratias confirmavit idem Gregorius XIII. §. eod. » ibid.
Inter privilegia, ut supra concessa, reperiebatur illud Oratorii privati in Domibus ruralibus, prædiis, et villis pro singulis, qui vel rusticationis, vel itineris causa ibi immorarentur §. 2. . . . . . » ibid.
Ad nonulla dubia exorta tollenda, Abbas Generalis Pontifici supplicavit, pro confirmatione privilegii, illiusque extensione ad quascumque domos tam præsentes, quam futuras §. eod. » ibid.
Privilegium Oratorii privati ut supra, Clemens XIII. confirmat, illudque extendit ad quæcumque Oratoria, post primas concessiones constructa, et imposterum construenda §. 3 . . . . . . . » ibid.
Quæ Oratoria privata tam constructa, quam construenda, ab Ordinarii visitatione exemit, prædictæque visitationis peragendæ facultatem tribuit Abbati Generali, vel Visitatoribus Generalibus Ordinis §. 4. . » 88
Abbas Generalis hujus Ordinis, Monasterium Græco-Albanensem Medijusti, a jurisdictione Abbatis Provincialis Provinciæ Siculæ exemit, et prælaudati Abbatis Generalis pro tempore existentis jurisdictioni subijecit. Const. 206. §. 1. pag. 103
Quod Abbatis Generalis Decretum Pontifex approbavit, et confirmavit §. 2 . . . . . » 104
Illudque observari a Superioribus, et Monachis hujus Ordinis Provinciæ Siculæ expresse injunxit §. 4. . . . . . » ibid.

## MONACHI
## ORDINIS S. BERNARDI
## CONGREGATIONIS FULIENSIS

Abbatia Beatæ Viginis de Abbundantia in Gebenensi Diœcesi, in qua olim duodecim Canonici Regulares S. Augustini inhabitabant transiit deinde in domicilium duodecim Monachorum Ordinis S. Bernardi Congregationis Fuliensis. Constit. 211. §. 1. . . . . . » 110
Imminutis deinde redditibus Abbatiæ, qui tunc temporis eam in comendam obtinuerat S. M. Benedicto XIV. preces porrexit pro nonnullis reformationibns in utilitatem Abbatiæ, et Monachorum §. 2. . . » ibid.
At vita functo Benedicto XIV., quin propositæ reformationes suum fuerint effectum sortitæ, novas provisiones proposuit Carolus Emanuel Sardiniæ Rex, in cujus ditione Abbadia reperiebatur §. 3. . . . . » 111
Propositas a Carolo Emanuele provisiones Pontifex approbavit, et Ordinario Gebennensi pro exequutione comisit, ut sequitur, videlicet §. 4. . . » ibid.
Monachorum Prœbendæ ad sex tantummodo reducuntur §. eodem . . . . . . . . . » ibid.
Cuicumque Prebendæ assignatur annuus redditus scutorum sexaginta §. eod. . . . . . » ibid.
Sex Monachi de prædictis Prœbendis provisi, ad Monasterium Priorale Lemense transferuntur, reliqui sex dispertiendi sunt ab Abbate Generali in aliis Cœnobiis Congregationis Fuliensis §. eod. . . . » ibid.
Curæ Animarum, et onerum im-

plemento proſpicitur, trium Secularium Presbyterorum deputatione §. eod. . . . pag. 111
Monachus Congregationis Fulienſis perpetuo eligendus cum titulo, et honoribus Abbatis Abundantiæ §. eod. . . . » 112
Peculiares diſpoſitiones capiuntur, quoad ſtabilia, credita, et mobilia ad Abbatiam Beatæ Mariæ de Abbundantia ſpectantia tum favore Abbatiæ, tum etiam favore Monachorum §. eod . . . . . . . » ibid.
Aliæ præbentur diſpoſitiones pro iis, quæ Monachi impenderunt in Eccleſiæ, et Monaſterii reparationibus, et in ære alieno pro dictis cauſis contracto, atque nondum extincto §. eodem. . . . . » ibid.
Mandatur, ut quotannis ex redditibus Abbatiæ ſolvantur Monachis Fulienſibus ſcuta viginti quinque inter Abbatem Generalem, et Abbatem titularem diſpertienda. §. eod. » ibid.
Quæ ſuperiores diſpoſitiones exequutioni comittuntur Epiſcopi Gebennenſis §. 5. . . . » ibid.
Ad præfatorum obſervantiam Abbas Generalis, Abbas Comendatarius, et Monachi adiguntur, ſublata quacumque aliter judicandi facultate §. 6. . » ibid.

## MONASTERIUM MONIALIUM S. BASILII MAGNI IN KESROANO

Benedictus XIV Monaſterium hoc a Græco-Melchitis erectum ub S. Sedis protectione recepit, et Patriarchæ Greco-Melchitæ juriſdictioni immediate ſubjecit. Conſtit. 319 §. 2. . . » 315
Moniales hujus Monaſterii peculiares condidere conſtitutiones, Monaſtico eorum regimini accomodatas §. 3. . . . . » 316
Pontifex Conſtitutiones a Monialibus conditas, et a Sacra Congregatione Propagandæ Fidei approbatas confirmavit §. 4. » ibid.

## MONASTERIUM MONIALIUM S. CATHARINÆ VIRGINIS, ET MARTYRIS VENETIARUM

Hujus Monaſterii laudes, et merita Pontifex exprimit, peculiareſque indigitat ſuæ charitatis cauſas. Conſtit. 191 §. 1, et 2 pag. 71. Epiſt. 192 §. unic. . . . . . . . pag. 73
Superioriſſa hujus Monaſterii, Abatiſſæ nomine donabatur potius ex conſuetudine, quam ex legitimo Apoſtolicæ auctoritatis fonte. Conſtit. 191 §. 3. » 72
Pontifex hic, Superioriſſam ipſam perpetuo Abbatiſſæ titulo gratificatur, eique baculi deferendi ſolemnioribus diebus, et digito annulum benedictum imponendi privilegium confert §. eod. . . . . . . . . » ibid.
Quæ ſane religioſa inſignia data, et donata eſſe reputantur, non tamquam incitamentum ad ſuperbiam, ſed veluti quædam indicia, ac documenta virtutum §. 4. . . . . » ibid.

## MONASTERIUM MONIALIUM S. ELISABETH CIVITATIS FULGINEI

Subjectio hujus Monaſterii Vicario Peruſini Conventus, valde incomoda comperta eſt pro parvo numero Alumnorum, quo Conventus ipſe componitur. Conſtit. 324. §. 1. . . » 320
Adeoque ad tale incomodum removendum eximitur perpetuo a juriſdictione ejuſdem Peruſini Vicarii §. 2. . . . » 321
Sed in ſpiritualibus, et temporalibus ſubjicitur pariter perpetuo juriſdictioni Prioris Generalis Ordinis Eremitani §. 3. » ibid.

## MONASTERIA MONIALIUM ORDINIS B. M. VIRGINIS DE MONTE CARMELO DISCALCEATARUM

Benedictus XIV per ſuam conſtitutionem expreſſe ſancivit, ne in Monaſteriis hujus Ordinis admitterentur puellæ, quam quæ expreſſe declaraverint ſe ſuſcepturas habitum per Moniales prædictas geſtari ſolitum. Conſtit. 295 §. 1. . » 279
Imo juſſit ut puellæ ſic receptæ, ſaltem in decimo ſecundo ſuæ ætatis anno conſtituerentur, prævio univoco Monialium conſenſu per ſecreta ſuffragia, et Superiorum Generalium Ordinis licentia. §. eod. . . . . . . . . » ibid.

Verum experientia docuit, hanc receptionis restrictionem, Monialibus majorem perturbationem attulisse, et gravia incomoda quoad educationem, ad dirimendos defectus in sæculo contractos §. 2. . . pag. 280
Adeoque Clemens XIII Benedictinam hac de re Constitutionem cassavit, annullavit, et irritavit §. 3. . . . . . . » ibid.

MONASTERIUM MONIALIUM SEPTEM DOLORUM DE URBE

Monasterium Monialium sub invocatione Sanctæ Mariæ Septem Dolorum de Urbe, fundatum dotatumque fuit a Matrona Camilla Virginia Sabelli Farnesia Ducissa de Latera. Constit. 189 §. 1. . . . . . » 68
Cum gravi Monialium incomodo, et mentis evagatione, nonulla ædificia circa Monasterium idem, et Officinæ constructæ reperiebantur, novæque constructiones minitabantur §. eod. . . . . . » ibid.
Propterea supplices Moniales Pontifici fuere, ne in posterum, sive illud, sive aliud ædificium, aut aliqua fabrica circa Monasterium construi possit §. eod. . . . . . . . » ibid.
Cui Postulationi Pontifex annuit sub pœnis pecuniariis, aut etiam corporis afflictivis §. 2. » ibid.

MONIALES

Monasteria quæcumque Virginum, quæ Divina religione consecrantur sunt horti conclusi, fontesque signati, Jesu Christi deliciæ, et amores. Constitut. 191 §. 1. . . . . . » 71
Adeoque Romani Pontifices, ad hujusmodi sacra loca tuenda, excolenda, ornanda, studium operam, et auctoritatem conferre omnino debent §. eod. » ibid.
Ex Constitutionibus, Innocentii XIII, et Clementis XII æditis pro Statu Ecclesiastico, vetitum est Monialibus cujuscumque Ordinis, quæcumque medicamenta, pharmaca, Theriacam, et Mitridatum vendere. Const. 202 §. 9. . . » 99
Episcopi habent quædam jura, etiam in Monasteriis Monialium, quæ Regularibus Prælatis subjecta sunt, exercenda Epist. 222 §. 2. . . . . pag. 126
Quum vero ex altera parte Romani Pontifices, Regularibus Prælatis jura quædam, quoad Monialium ista Monasteria concesserint, quæ transgredi minime licet §. eod. . . . » ibid.
Hinc necesse est, suis ita uti juribus Episcopum, ut Regularium privilegia non abroget, et ita vicissim §. eod. » ibid.
Quod si oriatur dissentio inter Episcopum, et Prælatum Regularem, Romano Pontifici spectat præcipere, ut ambo inter præscriptos limites contineantur §. eod. . . . » ibid.

MUSÆUM VATICANUM

Bina Musæa instituit Benedictus XIV Bibliothecæ Vaticanæ contermina, quorum alterum pro monumentis prophanis a Cardinali de Carpineo coemptum, alterum pro sacris, et Christianis Monumentis, jam Comendatori Francisco Vettorj pertinens. Const. 289 §. 13. . . . . . . . » 262
Quum vero Benedictus XIV plura quoad bina ista Musæa sanciverit, ea Clemens XIII moderatus est, et peculiares edixit dispositiones §. 14. . » 263
Hinc, sub pœna excomunicationis *latæ Sententiæ*, prohibuit ne aliquid ex memoratis monumentis extrahi posset §. 15. » ibid.
Itemque normam præbuit pro expensis in novorum monumentorum acquisitionibus faciendis §. 16. . . . . » ibid.
Tandem Præfectum Musæo Sacro a Benedicto XIV præpositum, post moderni Præfecti obitum suppressit, et universalibus Bibliothecæ legibus regi, et hoc etiam Musæum jussit §. eod. . . . . . » ibid.

N

NOTARII ROTALES

Vide. *Collegium Notariorum Sacræ Rotæ.*

NUNCIUS COLONIENSIS

Exponitur nimia durities Regularium Ordinum in Germania quoad coercitionem Professorum, qui fortasse in aliquos errores, et crimina etiam inciderint. Constit. 402 §. 2. pag. 445
Indulget huic Nuncio facultatem visitandi carceres Regulares, noxiosque demoliri faciendi, atque novos construendi salubriores, indicto Regularium Ordinum Superioribus, moderatæ Reorum coercitionis præcepto §. 3. . . . . . » 446
Indicuntur pœnæ contra inhobedientes Apostolici Nuncii præceptis §. 4. . . . . . . » ibid.
Præcipitur Regularibus cujuscumque gradus, Pontificiæ hujus voluntatis observantia. §.5. » ibid.

P

PALLIUM

Pallium repræhesentat plenitudinem Pontificalis officii. Constit. 158 §. fin. . . . . . » 12
Sumitur e corpore B. Petri Apostoli, et a Romano Pontifice eis transmittitur quibus eo uti permittitur, dumodo illud reverenti instantia postuletur §. eodem . . . . . . . . . » ibid.

PATRIARCHA ANTIOCHENUS GRÆCO-MELCHITA

Antiochena Ecclesia, Romanæ semper cara fuit. Constit. 157 §. 1. . . . . . . . . . » 5
S. Innocentius Papa ajebat, Antiochenam Ecclesiam Romanæ esse minorem, quod illa quidem Petrum Apostolorum Principem in transitu possederit, hæc vero susceptum apud se consummatumque gavisa fuerit §. eod. . . . » ibid.
Quam ob causam Romani Pontifices, maximopere gavisi sunt ubi venerabiles illius reliquias in Græco-Melchitis vere Orthodoxis, errorum, schismatisque tenebris discussis, reviviscere, et reflorescere conspexerunt, una cum unitate erga Catholicam fidem. . » 6
Clemens XIII. abdicationem Cyrilli Antiocheni Patriarchæ, et consequentem Sacerdotis Ignatii in illius locum designationem, nullas, irritasque declaravit Constitutione hac §. 2. et 4. . . . . . . . . pag. 6
Quod ideo decretum fuit, quia Cyrillus, nullum ab Apostolica Sede permissum impetraverat, quod necesse fuisset, statim ac ejusdem electio a prælaudata Sancta Sede fuerat approbata, et exequutioni comissa per juramenti præstationem, et pallii transmissionem §. 2. . . . . . . . » ibid.
Quæ duo in causa fuerunt cur sub finem sæculi decimi septimi irrita declarata fuerit renunciatio Josephi I. Caldeorum Patriarchæ §. eod. . » ibid.
Nova vero electio eo magis proscripta fuit, tum quia quatuor Episcopi contra Cyrilli renunciationem ad Sanctam Sedem appellaverant, et noviter electus in ætate annorum viginti septem reperiebatur, quæ satis non est ut quis ad Episcopatum promoveri possit §. 3. » ibid.
Eveniente morte Patriarchæ pendente appellatione ad Sanctam Sedem, super renunciationis validitate, novi Patriarchæ electio, ad prælaudatam Apostolicam Sedem devoluta est. §. eod. . . . . . . . . » ibid.
Quæ propterea secundum Sacros Canones, et antiquissimam consuetudinem, Patriarchali Ecclesiæ de persona sibi benevisa debet ex integro providere §. eod. . . . . » ibid.
Antiochenam Græco-Melchitarum Ecclesiam ex persona Maximi Episcopi Hyerapolitani provisit Clemens XIII. Constitut. 158. §. 2. et seq. . . » 7
Patriarcha Antiochenus, antequam regimini, et administrationi suæ Ecclesiæ in aliquo se immisceat, debet in manibus Catholici alicujus Episcopi, gratiam, et communicationem Apostolicæ Sedis habentis, fidei Catholicæ professionem, et juramentum fidelitatis, a Sede prædicta Orientalibus præscriptum, præstare §. 5. . . . . . . . . » 8
Formula professionis fidei, habetur in §. Eod. . . . . » 9

Itemque formula juramenti præstandi §. Eod. . . . pag. 11
Pallii transmissionem Pontifex promittit, Antiocheno Patriarchæ, quoties debita in id instantia Sanctæ Sedi dirigatur. §. fin. . . . . . . . . » 12

PATRIARCA INDIARUM

Condolet quod pragmaticæ novissimæ in Hispaniis introductæ sint, quibus veteres pactiones inter Hispanicos Regnos, et Apostolicam Sedem evertuntur. Epist. 333. §. 1. » 332
Quæ moliri certe non poterunt, quam ab iis, qui sunt Catholicæ Religioni adversantes §. 2. » ibid.
Adeoque Patriarcham hunc obsecrat, ut zelum, et doctrinam suam conferat, ad impias hasce novationes removendas §. 3. . . . . . . » 333

PATRIARCHA MARONITARUM

Memoriæ revocat dissentiones, et controversias obhortas super electione Patriarchæ Melchitarum, et excomunicationem contra intrusum electum a Sancta Sede indictam. Epist. 278. §. 1. . . . . . . . . » 241
Dolet, quod cum intruso hoc Patriarcha perhonorifice egerit, et jubet, ut ab intrusi consuetudine se abstineat, quoad ille ærrorem suum pœnitendo correxerit §. 2. . . . . » ibid.

PATRIARCHA VENETIARUM

Monasterii S. Catharinæ Virginis, et Martyris Venetiarum laudes, et mœrita enumerat, atque Pontificiæ suæ erga illud affectionis argumenta designat. Epist. 192. §. unic. » 73
Eidem Patriarchæ exponit, se decorasse Superiorissam illius Monasterii perpetuo titulo Abbatissæ, facultatemque fecisse gestandi Baculum, et Annulum digito imponendi. §. Eod. » ibid.
Ecclesia S. Georgei Venetiarum ex concessione Leonis X. Episcopalis declarata fuit, pro uno Episcopo Ritus Græci-Catholici. Epist. 267. §. 2. . . » 224
Condolet cum Patriarcha Venetiarum, quod Græci ipsius Ecclesiæ S. Georgei, Episcopum selegerint extra Catholicam Ecclesiam Ordinatum, et ita Schisma in sinu Venetiarum introduxerint §. Eod. . pag. 224
Adeoque cum adhortatur, ut omni studio, e religiosa sua sedulitate curet, quod indignus hic Episcopus removeatur, neque eumdem, ad fidei professionem admittat §. 3. » ibid.

PONTIFICIS AUDITOR

Vide. *Collegium Cantorum Capellæ Pontificiæ.*

PRÆFECTUS PALATII APOSTOLICI

Vide. *Bibliotheca Vaticana. Collegium Cantorum Capellæ Pontificiæ. Musœum Vaticanum.*

PRINCEPS MONTISMAURENTIACI

Principi significat, non omnia, quæ a Pontifice postulantur, ab ejusdem pendere voluntate, sed postulationes ad Sacrorum canonum normam esse expendendas. Epist. 251. §. 1. . . . . . . . » 203
Qua de re dolet se illius postulationibus obsecundare minime posse, quibus sollicitabat Episcopatum *in partibus* pro Religioso viro, quampluribus virtutibus præclaro §. Eod. » 204
Trydentini siquidem Concilii canonibus adversantur Episcopi illi, neque clerum, neque populum, neque Sedem, permanentem habentes §. 2. » ibid.
Idcirco creandi minime sunt, sine gravi necessitate, et evidenti Ecclesiæ utilitate, et dumodo prius honesto patrimonio dotati fuerint. §. Eod. » ibid.

PRINCEPS NACHADIORUM

Hujus Principis humanitatem erga Christifideles comendat, hortaturque ut in hac perseveret voluntate, et Apostolica decreta exequntioni comitti curet. Constit. 168. §. 1. . . » 40
Eidem significat electionem Monachi Ignatii in Patriarcham

Græco-Melchitam, tamquam pluribus vitiis infectam proscripsisse, novumque idoneum Patriarcham præfecisse §. 2. pag. 40
Tandem quum subortæ fuissent controversiæ inter Monachos Maronitas Monticulas appellatos, et Hyerapolitanos, quæ acta fuerunt ad eos conciliandos, Pontifex Principi significat, ejusque implorat auxilium pro pace confirmanda §. 3. . . . . . . . . » ibid.

PRINCIPES ELECTORES S.R.I.

Suum Principibus Electoribus desiderium participat Pontifex, pro electione Josephi Austriæ Archiducis in Romanorum Imperatorem. Epist. 395. §. 1. » 435
Eisdem Principibus Electoribus in unum congregatis, Religionis negocia comendat, illiusque tutelam §. 2. . . . » 436

PRIVILEGIUM FORI

Vide. *Sardiniæ Regnum.*

PROHIBITIO LIBRORUM

Quamvis decreto S. Congregationis Indicis diei 21. Novembris 1757. prohibitum fuerit Opus Gallico sermone perscriptum, et in plures Tomos distributum, cui titulus = *Exposition de la Doctrine Chretienne, ou instructions sur les principales veritées de la Religion* = attamen Italico deinde sermone traductum, typis mandatum fuit. Constit. 228. §. 1. . » 132
In qua sane versione animadvertere debuit Romanus Pontifex ex regula Sanctæ Sedis, quod opus, uno nempe idiomate æditum, atque proscriptum, quocumque alio versum sit, eadem proscriptione notatur. §. Eod. . . . . . . . » ibid.
Neque confert ad talem proscriptionem evadendam, si versio castigata sit privato tantum ingenio, non quidem eorum ad quos legitima spectat auctoritate §. Eod. . . . . . » 133
Hinc Pontifex, novam hanc Italicam versionem, prius a pluribus S. Theologiæ magistris examinatam, concorditerque reprobatam damnavit, utpote continentem, propositiones respective falsas, captiosas, male sonantes, scandalosas, et Apostolicis decretis contrarias §. 2. . . . . . . . pag. 133
Insuperque hujus operis non solum Italicam versionem, sed aliam quocumque idiomate, vel factam vel faciendam damnavit, et ne legi, et retineri a quibuscumque posset, prohibuit sub pœna excomunicationis ipso facto incurrendæ §. eod. . . . . . . . . » ibid.
Tandem jussit, ut quicumque, opus prædictum, vel versionem apud se habuerit, statim hujus prohibitionis accepta notitia, tradere, et consignare teneretur vel locorum Ordinariis, vel hæreticæ pravitatis Inquisitoribus §. eod. » ibid.

# R

REGNUM POLONIÆ

Ex concessionibus Leonis X, et Clementis VII alternativa semestralis inducta fuit in Poloniæ Regno, quoad Beneficiorum collationem Const. 366 §. 2. . . . . . . . . . » 391
Hinc Pontifici preces porrectæ fuere ab Archiepiscopo Gnesnensi nomine cunctorum in Poloniæ Regno Archiepiscoporum, pro supradictæ alternativæ confirmatione §. 3. » ibid.
Pontifex præcedentem alternativam prout in præcitatis constitutionibus indulta fuit, confirmavit, et approbavit §. 4. » ibid.

REGNUM SARDINIÆ

Vide. *Sardiniæ Regnum.*

REGULARES

Quæ in Pontificiis Constitutionibus, ad Regularem disciplinam servandam constituta sunt ubi labefactata reperiantur, separanda sunt, Apostolicæ auctoritatis præsidio. Const. 159 §. 1. . . . . . . . . » 13
Ad Regularium disciplinam restaurandam, et restitutam conservandam, plurimum confer-

re possunt annuales Visitationes. §. 2. . . . . . pag. 14
Qui Regularem Ordinem professi sunt, contemptis omnibus Mundi illecebris, et humilitate sibi proposita, dedecet eos honoris, et præeminentiæ gradus, inani ambitu conquirere. Constit. 166 §. 1. » 35
Hinc plures Romanorum Pontificum Constitutiones, non solum ambitum ipsum prohibuere, sed insuper gravissimas indixerunt pœnas contra subornationes Electorum, ac etiam Sæculares personas, quæ preces porrexissent ad Regularia officia procuranda §. 2. » ibid.
Ex Constitutionibus Innocentii XIII, et Clementis XII editis pro Statu Ecclesiastico vetitum est Regularibus cujuscumque Ordinis, quæcumque medicamenta, pharmaca, Teriacam, et Mitridatum vendere. Constit. 202 §. 9. . » 99
Ast Innocentius XIII pro dicto Statu Ecclesiastico, et præsertim pro Alma Urbe, Benedictus vero XIV pro statu Mediolanensi a prohibitione ipsa exemit Fratres Ordinis Sancti Joannis de Deo §. eod. . . » ibid.
Prælatis Regularibus, Romani Pontifices jura quædam quoad Monasteria Monialium eorum Ordinum concesserunt, quæ transgredi minime licet. Constit. 222 §. 2. . . . . » 126
Episcopi etenim quibusdam pollent juribus etiam in Monasteriis Monialium, quæ Regularibus Prælatis subjecta sunt, exercendis §. eod. . . . » ibid.
Hinc necesse est, eos ita suis juribus uti, ut neuter alterius turbet jurisdictionem §. eod. » ibid.
Quod si horiatur dissentio, inter Episcopum, et Prælatum Regularem, Romano Pontifici spectat præcipere, ut ambo inter præscriptos fines contineantur §. eod. . . . . » ibid.
Vide. *Benedictio Papalis. Judices Conservatores. Nuncius Coloniensis.*

RESPUBLICA GENUENSIS

Vide. *Archiepiscopus Genuensis.*

RESPUBLICA LUCENSIS

Laudat Lucensium Magistratuum docilitatem, quod controversiam patronatus Archiepiscopatus Lucensis, judicio S. Sedis remiserint. Epist. 399 §. 1. pag. 442
Declarat, Lucensem Rempublicam ex indulto Benedicti XIV jure præsentandi ad vacantem Archiepiscopatum pollere, minime vero jurepatronatu, quod a præsentatione valde distat §. 2. . . . . . . . . . » ibid.
Ex quo concludit, S. Sedem suo esse in jure seligendi Archiepiscopum ex iis quos Lucensis Respublica præsentaverit, nec non reservandi super fructibus Mensæ Archiepiscopalis, moderatam pensionem §. eod. . . . . . . . » 443

RESPUBLICA VENETA

Venetam Rempublicam laudibus comendat, eique suum amorem exprimit. Const. 177 §. 1. » 147
Venetæ Reipublicæ Sixtus V concessit locum pro uno Sacræ Rotæ Auditore, qui prius obtinebatur a Regno, quod a Catholica Fide defecerat §. 2. » ibid.
Eidem Reipublicæ facultates in eligendo Romanæ Rotæ Auditore tribuit Clemens XIII, quibus pollent Summi Reges, Romanorum scilicet, Francorum, et Hispaniarum §. 3. . . . » ibid.
C ndolet cum Venetæ Reipublicæ moderatoribus, quod iis probantibus, ut Græci sibi Episcopum ad regendam Ecclesiam S. Georgei eligere possent, virum elegerint non modo a schismatico Episcopo Ordinatum, sed minitantem manus impositionem obtinere extra Catholicam Ecclesiam. Epist. 268. §. 2. . . . . . . » 225
De qua re, Pontifex subdit, quærimonias suas detulissæ hujus Reipublicæ Legato penes S. Sedem, eique comendasse, quod Græcorum res Venetiis perturbatæ, ad pristinam sinceræ doctrinæ sanitatem reducerentur. §. eod. . . . . . . . . » ibid.
Quum vero nullum captum consilium fuerit a Veneta Republica, eidem significat dedecus in quo incurret quoties

schismati minitato pro viribus non obsistat. §. 3. . . pag. 225
Nec non originem Ecclesiæ pro Græcis Catholicis, atque salutares pro Veneta Republica præcedentium Pontificum sanctiones comemorat. §. 4. . » ibid.
Viris admodum coloribus pingit perturbationem Catholicarum rerum in Ecclesia S. Georgei, et graviora imminentia damna §. 5. . . . . . . . . » 226
Adeoque Venetæ Reipublicæ Magistratus obsecrat, ut tot impendentibus malis obsistant, Catholicamque fidem tueantur. §. 6. . . . . . . . » ibid.
Præcedentes literas de intruso Episcopo Græci ritus in Ecclesia S. Georgei, Venetæ Reipublicæ perscriptas comemorat. Epist. 335. §. 1. . . . » 334
Ad mentem deinde revocat, quanta semper fuerit Venetorum Magistratuum sedulitas, ut in Ecclesia S. Georgei, Catholica puritas servetur. §. 2. » ibid.
Adeoque quæritur, quod intrusus hic schismaticus Episcopus, sacris se se immiscuerit, et publice Episcopalibus insigniis sit usus in eadem Ecclesia §. 3.. . . . . . . » ibid.
Hinc Reipublicæ Moderatores hortatur, ut tam turpe scandalum removeant §. 4. . . . . . » 335
Alias minitatur Pontifex supremæ suæ dignitatis exercitium, ne Catholici Græci, cum pseudo - Episcopo ulterius comunicent. §. 5.. . . . . . . » ibid.
Iterum ad Venetæ Reipublicæ moderatorum memoriam revocat præcedentes literas perscriptas, quoad Episcopum schismaticum in Ecclesia Græca S. Georgei, illiusque expulsione. Epist. 394 §. 1. . » 433
Valde confidit Pontifex in Religione, sapientia, et prudentia Venetorum Magistratuum §. 2. . . . . . . . . . » ibid.
Comemorat Ecclesiam S. Georgei ex Pontificum voluntate, pro Græcis Catholicis ædificatam, sub immediata reperiri Apostolicæ Sedis potestatem §. 3. . . . . . . . . » 434
Iterum sacrilegam schismatici viri electionem condemnat, in Antistitem Ecclesiæ S. Georgei deputati §. 4. . . . . . . » ibid.
Quantum damni sit Catholicæ Religioni, si schismaticus Antistes ulterius in Ecclesiæ administratione tolleretur. §. pag. 434
Vetera decreta Venetæ Reipublicæ memoriæ revocat, quibus consultum fuerat gubernio Ecclesiæ S. Georgei. §. 6. » ibid.
Suum exprimit dolorem quoties ad tot mala removenda, Auctoritatem Apostolicæ Sedis interponere cogatur. §. 7. . » 435

REVERENDA CAMERA APOSTOLICA

Quamplurima bona allodialia, feudalia, et jurisdictionalia possidebat Franciscus Romanorum Imperator electus, tamquam hæres Annæ Mariæ Aloysiæ Principissæ Hetruriæ, atque in Ecclesiastica ditione sita. Constit. 365. §. 1. . . » 390
Eadem bona, exceptis illis in Urbe sitis cupiens pro R. C. A. emere Pontifex, plenipotentias ad contractum conciliandum cum prælaudato Imperatore electo, dedit Apostolico Nuncio penes dictum Imperatorem §. 2. . . . . . . . . . . » 391

REX FRANCORUM

Christianissimi Regis laudes, et mœrita commemorat, eique imminens significat periculum Ordinis Hierosolymitani, cujus Melitensis insula a Turcharum navibus minitatur Epist. 196. §. 1. . . . . . . . . . » 83
Eumdem hortatur, ut Equitibus periclitantibus, auxilium præbere velit, pro bono Christianæ Reipublicæ §. 2.. . . . » 83
